

www.e-rara.ch

Hesperides sive de malorum aureorum cultura et usu libri quatuor

Ferrari, Giovanni Battista

Romae, 1646

ETH-Bibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-9768>

Hesperthusia sive malum aurantium liber quartus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

HESPERTHUSA

S I V E

MALVM AVRANTIVM

LIBER QVARTVS.


*Similitudo in aurantijs . Caput I.*

VLTIMA Hesperidum Hesperthusa iam suum
 vocat in pomarium, sanè pulcherrimum, quip-
 pe coruscum ardentiore pomorum auro. Et hoc
 etiam, antequam excolatur, particulatim co-
 gnoscendum. Malus igitur aurantia radice niti-
 tur crassa, lignosa, ramoso discessu partim in-
 profundum acta, partim latè porrecta, satis lu-
 tea, suiq̄e multum auri colorandis alumnis pomis promittente.
 Trunco assurgit intus candido, spisso, duroque: foris è viridi subni-
 gro, colorisque ferrei. Ramis siluescit numerosis, nitidè virenti-
 bus, & complures in ramulos fruticantibus: frequenti prælongaque
 spina hispidis, sed insitione mitigante parciùs aculeatis. Folijs opa-
 catur magnis, in exilitatem fastigatis, saturi viroris, & pediculi pyxi-
 dato aspectu foliati. Floribus vernat Maio potissimùm mense pro-
 uenientibus, & racemi seu fasciculi effigie plerunque confertis: duos
 in digitos patescantibus: sex plurimùm in folia diradiatis: sincero
 candore niualibus: stantium in medio staminum capillitio summa-
 tim flauis, cætera candidis: rarenter infœcundis: interuirente sæpius
 inchoati pomi globulo frugiferis: odore iucundè acuto quicquid
 vsquam est suauitatis inhalantibus. Eorum non pauci arboreæ pa-
 rentis, nimix fœturæ alendæ imparis, ramosis è brachijs decidui, &
 ante humati quàm extincti, odoratam in sepulchrali solo animam
 suauiter exhalant.

Arborum.

Florum.





Quin etiam è plurimis nouellis pusillisque pomis, quæ à florum de-
 fluuio remanent, multa identidem sponte sua decidunt: quòd nu-
 merosior fœtus materno nequit ab vbere sustineri . Quare latè con-
 sternitur subiecta humus virentibus pilulis: quæ vel confectæ ^a (vt
 libro secundo monui) chymico vapore stillatitiam exudant aquam,
 & naribus iucundam, & morbis compluribus saluberrimam: vel af-
 ficcatæ precantium transuuntur in globulos, odorem precibus addi-
 turos, Denique arbor eadem post annum, redeunte vere autumnans,
 vernæ maturitatis poma exhibet orbiculata, magnitudine mali co-
 tonei: pondere interdum sesquilibræ: cortice ardentè aureo siue
 croceo, qui facilè ab interiore corpore auellitur: carne sæpius exili,
 fungosa, & insulsa: medulla in octonas ferè spicas, faciles inuicem
 separari, membranis intermeantibus distincta, oblongis & hor-
 deaceis feminibus nucleata. Sunt, qui eadem aurantio inclusa se-
 mina in totidem Clytias dicendo transmulent, & ad instar heliotro-
 pij, non quidem diurna, sed annua conuersione cum sole circumagi
 affirmatissimè scribant. Ego tamen cum istud volubile miraculum
 ipso autumnalis æquinoctij & brumalis solstitij die vnà cum pruden-
 tissimis rei mathematicæ patribus, semel iterumque dissectis ad so-
 lis parallelis aurantijs, rimarer attentius, ipsa comperi semina non
 ad solem pariter conuersa: sed vario contrarioque inuicem situ, vt
 semper spectari solent, disposita: neque constituta in planitie, quæ
 respondeat parallelo solis. Quare arcanum & versatile istud erga
 solem feminum obsequium ijs credendum relinquo, quibus idem
 se videndum indulset. Quæ sua consenescent in arbore, hornotina
 poma, parentis fœcunditatem non impediunt, quo minùs illa nouo
 florum partu valeat superfœtare. Quin etiam (quod ipso interdum
 periculo compertum est) auulsus à matre ramus vetustis pomis con-
 iunctim hærentibus racematus, post annum adnatos summatim flo-
 res etiamnum pusillos coniuuentisque, contra quàm consuescant
 aurantiæ florentes ramuli pariter auulsi, iusto incremento perficit ex-
 panditque: quia (vt ego interpretor) cohærentium pomorum calorem
 humoremque idem ramus ad florum absolutionem trahit. Cæterùm
 pleraq; malus aurantia vegeto incremento visendam in staturam eua-
 lescent, siluamque facit. Par magnitudini fœcunditas. Quare ligusti-
 co in Sancti Remi agro è singulis hoc genus arboribus legi solent al-
 ternis annis bina millia pomorum: imò ex aliqua, quæ loco laxiore
 confita magis adoleuerit, etiam quaterna millia: alternis verò poma
 circiter octingenta. Nimirum, ne nimia fœtura effœtæ sterilecant ar-
 bores, fertilitas alternat. De cætero aurantiæ vt materia robusta, sic
 ad viuendum firmissimæ annos ducentos trecentosque durare dicun-
 tur. Earum viuacitas mansuris ^c Pontani carminibus sic æternatur.

Pomorum .

Semina cum
 sole circum-
 agi fallum .

Vetera in ar-
 bore poma
 non efficiunt
 nouis .

Aurantiæ
 statura .

Fœcunditas .

Viuacitas .

^a Cap. 21.

^b Io. P. à
 Moya in Sil-
 ua Eutrapi-
 las pag. 34.
 Emmanuel
 Ramirez de
 Carion Ma-
 rillas de
 naturaliza
 pag. 93.

^c De hort. Flo-
 riperid. lib. 1.

*Nec verò spatium vitæ breue, seu breue tempus
Est citrio: æternum genus, immortalis origo,
Et species æterna quidem. Stirps citria longùm
Ipsa manet, sæcla exuperans, & iungere sæclis
Sæcla parans. Trunco extincto mox surgit & alter,
Inde alter: victrixque diu sua robora seruat.*

Alit in hoc senium plurimas ora Liguria, aliæque cæli clementioris terræ. Verùm è romanis aurantijs, quas hominum memoria custodit, vetustissima creditur, quam in veteri Diuæ Balbinæ cœnobio ad Circum maximum quingentis ab hinc annis (vt est à maioribus traditum) Gulielmus è facinoroso Aquitaniæ Duce sanctissimus cœnobita conseruit. Hæc trunco nititur bicubitali, vlnis pariter in orbem binis crasso, corticis propemodum experte, atque à vitæ longinquitate calloso. Inde binos in ramos diducitur, quorum alter ætate aridus & collapsus, ima parte duntaxat eminent: alter breuius ac subpallidis frondibus senili modo ægrè viret, poma tamen largitur temperato sapore grata. Verùm vt arbor æuo fessa perennitati consulat, geminos ab radice iam arborescentes pullos longævitatæ suæ submittit hæredes. Vsq̄ adeo improbum in hominem insitiua sanctitas etiam in arboribus bonos & aureos fructus facit: & ipsas in stirpes trajicit immortalitatem. Sæculo minorem addimus, quæ in Auentino Dominicanæ familiæ cœnobio, cui nomen est à Diua Sabina, etiamnum viget, ac romana inter miracula ostenditur. Ea cum dicatur à Diuo Dominico fata, nunc annum habet ferè quadringentesimum. Quanuis autem longo temporis morsu exesa, cauatoque trunco exhausta, excitati parietis adminiculo suffulciatur: attamen relictæ corticis obdurato corio tenet se: viridique senio valida, quotannis in florum & acrium pomorum puerperium iuuenescit. Quin etiam è radicibus latissimè dispersis, & ab humo etiam extantibus arboream sobolem edidit, hæreditarium memorandæ originis decus propagantem. Sed in parente colitur sanctissimi confitoris memoria. Et poma ipsa, tanquam cælesti efficacitate transfusa, mortalium calamitatibus propulsandis medicata esse, verèque ad beneficium aurea putantur. Eiusdem cum saporis, tum ætatis est aurantia, soror germana, quippe eodem integerrimo fatore inclyta, in Diui Sixti cœnobio ad Cælij collis circenses radices. Et quanuis ibi Dominicano cum ordine natales habuerit peruestos: sorore tamen robustior viget excelsò statu, trunco adhuc integro solidoque, obductis obduratisque gemmis spissè calloso, & crassitudinis prope bicubitalis: denso ramorum luco: æterno frondium umbraculo: verno florum gaudio: vberi pomorum auro. Aliam prædi-

prædictis coæuam ante annos septem alebat appositum tyberinæ ripæ in pratis Quintijs Franciscanorum cœnobium, Diui Francisci (vt aiunt) manu consitam . Ea demum ædificij causa id ætatis aliò translata citò interijt . Visuntur adhuc eiusdem cœnobij priore in atrio geminæ aurantiæ , quarum longæuitas ipsorum superat memoriam cœnobarum : vt ætatem minimùm prædictam eas vixisse crediderim . Magnum singulæ pomarium sunt : tam latè solum , tam altè cælum obtinent . Omitto complures alias , quæ romana sparsim in Vrbe immemorabilis senectutis intima teredine corrosæ , & quanuis exenterato trunci vtero , tamen fœcundæ , solo sustinentur obdurato callosoque cortice . Vt quæuis aurantia sic exinanita veriùs possit , quàm suber , arbor corticis appellari . E vetustis iuniores ante annos ferè octoginta seuit aurantias interiore in atrio cœnobij , cui nomen est à SS. Apostolis , Franciscani ordinis Felix Perettus : qui postmodum ad Pontificale fastigium euectus Sixti Quinti appellationem optauit . Ea sanè cum aurantia omen conseuit Pontificatus sui , quando Franciscana vestis , earum arborum concolor cortici , aureum Pontificiæ maiestatis fructum erat aliquando allatura . Iam verò vigent arbores vigeantque annis innumerabilibus , si coæuæ sint factori suo , qui rerum gestarum gloria suo funeri superuiuit . Malus citrea & limonia , quanuis insitæ in aurantiam , vt pote mollioris indolis , noxisque magis obnoxia , velociùs & senescunt & intereunt . Sunt qui vitam citri annis tantùm tricenis aut quadragenis metiuntur . Sed istos vitæ non mensores esse , at menses arguit citrus ipsa viuacior . Splendidos aurantiæ natales tribuit ^a Ioannes Tristanus , Scutarius nobilis , Sancti Amandi Dominus , & inter nobiles Gallia Regi à cubiculis : qui romanorum Principum historicos ante annos decem commentarios in lucem edidit , multiplicis eruditionis luce præclaros . Ait igitur satum primò fuisse Veneris manu in insula Cypro aurantium , quod Eriphi , malum punicum à patria (vt opinor) vocantis , carmine confirmat . Quanquam ^b Athenæus in symposio Eriphi carmen ad citreum refert ea fortasse de causa , quia (^c vt initio diximus) prisca ætas aurantium videtur à citreo non secreuisse , communique aurei mali ac punici vocabulo appellasse ,

Malus citrea & limonia minus viuaces .

Aurantiæ origo .

in vitæ

stare de Julia libe

Mala

^a Comment. 47. in Euphrasia.

^b Lib. 3. cap. 5.

^c Lib. 1. c. 8.

Mala aurantia genere varia. Cap. II.

NON alio liberalior in pomo natura, quam in aurantio, mortalium avaritiæ aurum pulchrius conglobavit. Ut altissimè obrutum diues metallum arboris huiusce radicibus exhaurire, atque in arboreos fœtus effundere videatur. Quare ipsum quoque nomen facilè potuit inaurari. Atque ita sanè vberius & felicius, quam Crassus, aurum bibimus in aurantio. Sed hoc splendidi nominis colorisq; pomum formosè radiat in plura discrimina: utque fossile, sic germinans aurum non vnus est nitoris & notæ. Porrò multiplicem ob temperiem diuersa in genera discedit. Ea cum à coloris saporisque, tum à figuræ varietate dignoscimus.

Aurantium vulgare. Cap. III.

Sapore triplex.

Acre.



Dulce.

ux utroque temperatū,

Siccior medulla hibernum.

VULGARIVM genus aurantium triplex, acris sapore, dulci, medio, duo discriminant, cutis & medulla. In acris illa subtristi colore flauet: granosa plerunque scabritie rugat; peracris amaritudine mordet: odore peracuto ferit. Hæc autem in siluaticis siue semine natis, quam in insitiuis, dilutioris est palloris, & asperioris acrimoniæ. Differt aurantium dulce corticis tenuitate, læuore sapius mollissimo, colore ardentè croceo, amaritia ingustabili, & odore diluto: medullæ quoque sufflavo siue sulphureo aspectu, insulsa dulcedine, laxiore frequenter orbe, succoque vberiore, qui frigore hiberno (dum nimium ne sit) non persiccatur: quare citra noxam poma, seriùs legenda, in arbore perhiemant. Ligustica notatio est, tanti esse ad saporis commendationem dulci commodum aurantio fitum, ut id genus pomum ostento solibus loco cum leuis acrimoniæ mistura moderatè ac suauius, opaco autem præmodum ingrattèque dulcescat: adeoque in amarorem vergere videatur. Quod temperatè sapit aurantium, ut saporis, ita coloris læuorisque temperiem fortitum ægrè distinguitur à prædictis, ambigua facie acris dulcisque confundente discrimina. His autem omnibus grana complura, interdum supra quadragena. Proximum iisdem accenset præmodum indiscreta similitudo, quod est ficciore medulla, & hie-

me ve-

me vescum aurantium. Acris enim temperatque aurantij faciem refert: amplitudine tamen nonnihil, bonitate plurimum præstat. In rhegino, neapolitano, siculoque agro feliciter prouenit: Medullam præcipuus sapor, & quædam teneritudo commendant: Ipsa quippe medulla succo, non fluido ad expressionem, sed in escarium vsum concreto & modico, emendati dulcedine acoris miram temperiem sapit: Mensibus id pomum hibernis præcipuè tempestiuum.

In hoc libro de rebus inanimatis tractatur. Ad hunc enim spectant omnia facta
 quae sunt inanimata, sicut sunt lapides, ligna, metallum, &c. In his
 rebus non videtur esse anima, sed solummodo corpus. Quod si quis
 dicat, quod in his rebus est anima, non habet rationem. Quia anima
 est spiritus, & spiritus non potest esse in corpore inanimato. Quod si
 quis dicat, quod anima est in his rebus, non habet rationem. Quia
 anima est spiritus, & spiritus non potest esse in corpore inanimato.




AMANTIVM ACRI

DVLCIOVE MEDVLLA

VVLGARE



BBb







AVRANTIVM



SICCIORE



MEDVLLA



HIBERNVM



HERIYAM

Aurantium semine carens. Cap. IV.

VRANTII semine carentis arbor frequens est ramis, in summo ramulosis, foliosa viriditate vestitissimis, & ab aculeato munimento nudis. Folium ovata specie leuiter fastigiatum, nec sine læuoris nitore viridissimum. Flos amplitudine non discrepans à cognatis, denso racemo numerosus, raroque abortans. Pomum magnitudine modicum: cortice satis croceum scabrumque: carne parca suffartum: medulla succosum perampla, decem ferè membraneis loculamentis intercepta, sufflaur, dulcacido sapore grata. Et hoc aurantium oblongi nouitate vultus limonis gemellum infitio peperit: & infitiuis è nuptijs partus extitit formosè adulterinus. Igitur semine carentis pomi aurantia in limoniam nuper infra sic genus miscuit, vt inter consuètæ rotunditatis poma pleraque vnum induxerit instar limonis oblongum, cæteris partibus prædicto ab aurantio non distans, hoc est, & aliud & idem.

Idem aurantium limonis aspectum.

Arbutum feminis curans. Cap. 14.

VARIANTII semine carnis arbor sedens est
 ramis, in latius etiam, foliis videtur ve-
 llicibus, & ab scilicet manimento nudis. Fo-
 lium ovata specie semper latissimum, nec sine la-
 uis nitore viduissimum. Hoc amphidrom non
 dicitur & cognatis, deinde rancore humore
 tardus abortans. Pomum magnitudine modi-
 cum: corice satis crocum scabundus: carne parca siccum.
 tubella succosum perampula, decem fere membranis locustan-
 tis intercepit, luffans, dulcicido sapore grata. Et hoc suscipit
 oblongi novitate vultus limonis gemellum initio peperit: & in-
 tus e nupis patris exitit formosus adularius. Igne semine
 raris pomis autana in limonem nuper tota sic genus miltant, ut
 inter confusus rotundus pomis plicatus vnum in exitu instat
 limonis oblongum, ceteris plicibus plicato ab suscipio non di-
 stans, hoc est, scilicet & idem.




limonem
 suscipit
 oblongum

hucus








IDEM

AVRANTIUM LIMONIS EFFIGIE



CCC

287



FRUIT OF THE
 LIMONIA FRIGIDA



288



289

Aurantium geminum, & crispo folio, & flore duplici.

Cap. V.




NULLA, me iudice, aurantia oculos & palatum pascit effusiùs, quàm quæ dicitur crispa. Ramos mittit frequentes, in orbem arcè ramulosos & inermes. Atque hos quidem folia conuelant prædensa, quemadmodum in limonia malo, quam perettam vocamus: breuia, præter aurantiæ morem, pediculum foliatum non habentia, primo germinatu cacuminata, postmodum retusa, saturo læuique virore iucunda, languidè olentia, quibusdam veluti bullulis turgida, pronam in partem recurua & quodammodo in cirros vibrata, quæque crispa facie ipsum nomen arboris crispent. Ad hæc summis è ramulis plures exeunt flores, & in poma desinunt plerunque tenacia, vulgaribus aurantijs propemodum æqualia, in latitudinem rotunda, summa imaque parte plana: cortice temperatè croceo, modicè granoso, perparum odorato, leuiterque amaro: carne admodum exili, solutiore, insulsaque: medulla in octonas denasue spicas distributa, mediocriter flauente, non ita humecta, ob acrimoniæ temperiem suauissima: inclusis seminibus perpaucis, rotundis, vix aut nullo modo amaris. Sic huius aurantij nomen suis viret à folijs: sic alterum vernat à floribus, quos præmittit formosissimos. Nam serie foliorum multiplici damascenæ interdum rosæ speciem præbet. Pomum incremento magnum, quo maxima solent esse vulgaria: in summo imoque planum: cute scabrum: carne perexiguum: medulla croceum, peramplum & seminofum: sapore demum, inter acrem dulcemque, medium.

*Aurantium
crispo folio.*

*Aurantium
flore duplici.*



980







Aurantium stellatum, & roseum. Cap. VI.

DISCRIMEN è cælo ambitiosè petit, cæ-
stemque lucem suo addere videtur auro, quod à
stella nomen accipit aurantium. Ea tamen tan-
tula est, vt nomine, quàm re, magis emineat.
Summa enim pediculi pars, diuisuris quinque fla-
uentibus ac turgidulis in stellulam diradiata, po-
mo adhærescit. Cætera eiusdem pomi facies vel
indiscreta, vel obscuro discrimine ambigua, non dignoscitur à præ-
dictis. Cortex crocea temperie flauet. Caro densa est. Diluto sul-
phuris colore medulla tingitur. Nonnullam illa suauitatem, hæc
aut dulcedinem aut acritudinem resipit. Quare id pomum, si dul-
ci medulla sit, vulgaris instar mali decoriatum iucundè estur. Mi-
nor illi plerunque mensura: semina quoque minuscule. Ligures
aurantium chium nominant. Iam verò si stellas aurantia subiectas
in pediculis habent: quidni rosas præferant? Est igitur aurantium,
cuius umbilicus conformatur in rosam. Sic aurantium roseum est,
vt in auro decenter floreat regina florum. Cæterùm pomi magni-
tudo instar sinensis vulgari breuior: rotunditas vtrinque compressa,
& à summo ad imum strijs æqualibus distincta: corium modicè ru-
gosum & cerinum: caro exigua: medulla pallida, non multi succi,
eiusque asperi & subamari: folium tenue, angustum, satisque proli-
xum: flos pusillus, foliosus, & leuiter odoratus.

Quare stella-
cum.

Quare ro-
seum.

Amantissimum hunc numerum respiciamus. Cap. VI.


ISCRIMEN e celo ambrosio dicitur, esse
 Romulus locum suo addere videtur, quod
 felle nomen accipit aurum. Et carum tan-
 tula est, ut nomine, quante, magis emineat.
 Quamvis enim pediculi pars, distinetur, quia
 unguibus ac ungula in stellata distinetur, po-
 tino abaret. Cetera cunctis parti facit vel
 indicta, vel oblecto dicitur ambigua, non dignoscitur & pre-
 dictis. Cortex crocei temperis fuit. Caro dicitur. Dicitur
 pharis colore medulla sanguis. Nonnulli illa laudant, hoc
 aut dulcedinem aut serubundam respicit. Quare si potum, si dul-
 ci medulla sit, vulgaris instar mali decorum incedit esse. Mi-
 nor illi picurque mactata: semina quodque minucula. Lignis
 aurum estiam nominant. Jam vero si stella aurum subiecta
 in pediculis habent: quidam rotas praestant. Est igitur aurum,
 cuius vmbilicus conlucet in rotam. Sic aurum rotam est,
 ut in auto deceret. Hinc regis forum. Ceterum potum magis
 tunc instar lineis vulgaris dicitur: secundum vinctus compellit,
 & a summo ad imum hinc adhaerens distinet: coram modo in
 rotam & certum: caro exigua: medulla pallida, non magis fuit,
 etaque albori & subarant: folium tenuis, angustius, latius proli-
 xum: hoc pulvis, foliorum, & leniter odoratus.



Quamvis enim

Quamvis enim





Aurantium virgatum, striatumque.
Cap. VII.



VIRGATI nomen aurantio geminus facit, qui ^{Virgatum.} cutem variat, color. Illa enim à summo pomo ad imum ante maturitatem viridi albidoque colore alternante in quædam veluti segmenta, sæpius inter se inæqualia, distinguitur. Vbi maturitas accessit, color viridis in flauum, albicans migrat in croceum. Ex ijs verò segmentis, quæ primùm virent, leuiter subsidunt, & angustiora sunt: quæ flauent, etiam eminent, magisque patent. Vt propterea striatum quoque aurantium appelletur: Eadem cutis, velut in acido aurantio, scabre granosa: Caro dimidiatum ferè digitum lata. Coloris medulla sulphurei, iucundè acris, ac denis sæpe membraneis dissepimentis inclusa. Semina grandiuscula. Totum pomum è rotundo vergens in oblongum. Folia pleraque viridi albentisque sulphuris colore maculosa, virgatoque pomo digna. Formosioris alterum ^{Striatum.} striaturæ aurantium Neapoli Romam misit ad Alexandrum Caëtanum Carolus de Cardenas, Laini Marchio: cuius horti cultissimi compendiarie neapolitanæ amœnitatis imago sunt. Huius autem pomi rotunditas angusta: cutis modicè scabra, torisque crebra per interualla extantibus vndique striata: medulla diffusa, dulciter mordax, & auri colore blandiens: folium breue: flos minutus.

Argentum virgatum, strimmarque.
Cap. VII.



IRGATI nomen aurantio geminis facit, qui
 erent variet, color. Illa enim a summo pomis
 ad imam ante maturitatem viridi albidoque co-
 lore alternante in quibusdam veluti segmenta, se-
 pius inter se inaequalia, distinguunt. Vbi ma-
 turitas accessit, color viridis in flavum, albicans
 migrat in croceum. Ex his vero segmentis, que
 primum vident, leviter subducunt, & angustiora sunt: que hanc
 etiam eminent, magisque patent. Ut propter flavum quodam
 aurantium appellentur. Eadem curis, velut in acido aurantio, se-
 pre granosa. Caro dimidiata ferè digitum later. Coloris medulla
 sulphurea, incandescens, ac hinc sepe membranis dissimulatis
 inclusa. Scemina grandiscula. Tota hominum è torando vergens
 in oblongum. Folia piceaque viridi albentiaque sulphuris colore
 maculosa, virgatopne pomis digna. Formosioris alcerum flavum
 aurantium Neapoli Romanam inde ad Alexandriam Cæsarum Caro-
 lus de Cardenas, Ianni Marchio: cuius horti cultissimi compendit.
 ris neapolitanæ aurantioris imago sunt. Huius auctum pomis totum
 dies arguta: curis modicè lepta, toris que crebra per interstia
 exantibus viridique strata: medulla distilla, dulciter mordax & auri
 colore blandiens: solum breve: nos minus.






IRIS
MAY 18 1881





E. ce



Aurantium foemina , siue foetiferum .
Cap. VIII.





VRANTIVM hoc instar limonis alios includentis feracitatem arboris suæ aliquatenus æmulatur, dum foetus quanuis abortiuos inualido nisu parturit, non parit. Ita & hoc & proximè exhibendum, genere neutrale, à se ipso degenerat, vel in foeminam, vel in androgynum. Porrò foetiferum magnitudine mediocri est: forma vtrinque sessili preséque rotunda: cortice læuigato, vehementer croceo, productis à pediculi commissura vsque ad medium ventrem rugis crispato, amaritudinis consuetæ, odoratus peracuti: carne perexigua, & instar auersicultri crassa, flaccida, subdulci, & in sulphureum colorem inclinante: medulla verò aliàs decem spicarum, aliàs plurium, coloris lutei, & quidem saturi, saporis autem iucundè acris. Extimo in pomo alterum inest circunuestiente aliquando corticula, plerunque nudantaxat carne, intimaque quatuor ferè spicarum medulla coagmentatum: per hiantem umbilicum promente se nunc quidem magis, nunc verò minùs confertim semiconspicua pomorum quadam pullitie: quæ retinet aliquandiu viriditatem, flauente matre. Nam æquum non est, simul filium cum parente consenescere. Si causam quæras geminantis hæc poma foecunditatis, vt mater vtero foetalem sibi gemellam ferat: ^a eam habeo monstrare, quæ mihi se peruestiganti obtulit prædictis in pomis consimilibus, nempe feminis affluentiam. Si præterea quærere persistas, cur foetus è pomi flosculo siue umbilico diuisim existat, seminalis è materiæ subtilitate, aliaue qualitate ipsi congenita id existimo prouenire. Prægnantia hæc poma parit Caieta, olim Æneæ Magni nutrix, nunc vrbs inclytæ nomen: nimirum seu viua nutriat, seu mortua pariat, rerum semper admirandarum foecunda.

^a Lib. 3. cap. 19.

De virtutibus feminis, sine feminis.
Cap. VIII.

VRANTIVM hoc infra limonis alios includens
 lactatam arboris hinc ad quatuor emittit dunt
 latus quatuor arboris in aliis non partibus non
 parte. Ita & hoc & proxime exhibendum, genere
 in aliis, & se ipso datur, vel in feminam, vel
 in androgynum. Partis lactatam magnitudine
 medietas est; forma utriusque simili prædique to-
 lunda; cortice lævigato, vehementer crasso; productis à pediculi
 commissuris vltis ad mediam ventris rugis crispata, amara di-
 nis consistet, odoratus perenni; carne perisigma, & infusione
 culmi crasse, laticida, subdole, & in sulphureo colore in hanc
 te: medulla vero alba decem spicatum, alba pluvium, coloris lacti
 & quidem lactis, saporis autem inchoat acris. Partis in hanc al-
 terum inest circumscriptioe aliquid corticis, glomerata nuda
 duntaxat carne, intranspue quatuor tate spicatum medulla cog-
 ementatum: per hancem vultuam proment & dunt quidem in-
 gis, nunc vero minus contentum lactatam potentiam quidam
 pulitit: que tenet aliquid viriditatem, hancem marte. Nam
 pedum non est, simul aliam cum parente consistere. Si can-
 tam dunt geminans hanc forma fructuaria, et mator vero so-
 bolam sibi gemellam ferat: cum habeo monstrare, que mihi se per
 vestigant epulic prædictis in pomis consistibus, nempe feminis
 abundantiam. Si præterea dunt peritiam, cui locus & pomis hanc
 so sine vultuico dunt existat, feminis & matoris subditate, alia
 ne duntate ipsi congenita id existimare provent. Prægnans hanc
 pomis perit Cætera, cum Alnes Magna nunt, nunc vltis in hanc
 nomen: nuntum seu vltis nunt, seu matoris partit, tunc sem-
 per adhibendam ferenda.







*Aurantium hermaphroditum, siue corniculatum.**Cap. IX.*

T à vulgari nihil aurantio magnitudine, sic multum conformatione distat, quod hermaphroditum & androgynum vocant. Satis illi croceus sine hilaritate, non sine læuore, cortex: auersum cultrum crassus, ac de more amarus: qui simplici multipliciue callo iuxta pediculum cornicula quædam exertat, & rimas agit: subtilioribus nimirum partibus, quibus abundat id pomum, in acutum sese prominentibus, & ad exitum viam aperientibus. Caro fungosa & insulsa dimidiati digiti crassitudinem æquat. Membranaceis medulla, folliculis vndenis duodenisue, gemina serie altera alteram continente dispositis, concluditur. Quare dissecto in pomo cancellatim reticulata distinctio apparet. Cæterum acrimonia illi temperata. Semina non ita pauca, turgida, & prope rotunda.

Androgyni
pomi causa.

Aurantium callosum multiforme. Cap. X.

ISSVM est nuper ad me Neapoli, paruis etiam in rebus vrbe mirabili, hortensia inter miracula numerandum aurantium. Forma & magnitudine à vulgari non abhorret. Sapore iucundo vinosoque temperatum respicit. Illud sanè visendum & admirandum, quòd sæpe adnata callosi corporis multiformi appendice formosè deformatur. Eius autem, quod ego vidi, deformatio hæc erat. Adnatum callum ab imo pomo ad summum lunato adhærebat excursu. Rotunda illi duum ferè digitorum crassitudo. Cutis oppidò rugosa, perpetuisque tuberculis, viridi luteoque colore alternatis, instar anguinei spolij maculosa. Pulpa verò alba, duriuscula, subamara. Et hoc & alia variantis figuræ miracula non rarenter ars elaborat, sed frequenter natura ludit neapolitano in suburbio, quod vulgò Barram nominant: cuius austrinæ amœnitati glaciales iniurias oppositus Vesuuius ardentissimè defendit.

Argumentum per seipsum, sine correctione...

Cap. IX

T. 2. vulgari nihil sermo...
tam confusione dicitur, quod per seipsum
cum & analogiam vocatur. Sicut illi erant
sine hilantia, non sunt iure, contra iustitiam
tulum erant, ac de more sermo, qui hoc
pici multipliciter esse loquuntur, ut non
la quibus essent, & tunc per liberos
aliam partem, quibus abundat in bonis, in bonis
tibus, & ad vitam vitam spectantibus. Tunc iure
la dicitur dicitur, etiam in bonis, etiam in bonis
llectis iure dicitur, etiam in bonis, etiam in bonis
locis dicitur, etiam in bonis, etiam in bonis
ticulari dicitur, etiam in bonis, etiam in bonis
solum in bonis, iure, & prope iure.





Argumentum esse in bonis, Cap. X

122 V. M. est noster ad hoc...
in rebus vixit in bonis, etiam in bonis
numquam non dicitur, etiam in bonis
ne dicitur non dicitur, etiam in bonis
noluntatem temperantem, etiam in bonis
dum & admodum, quod tunc dicitur
coram multitudine, etiam in bonis
matur. Eius autem, etiam in bonis
tam callus ab uno ad unum, etiam in bonis
Roula in bonis, etiam in bonis
perpetua in bonis, etiam in bonis
cunctis in bonis, etiam in bonis
hic & alia vixit in bonis, etiam in bonis
iure, etiam in bonis, etiam in bonis
tam non dicitur, etiam in bonis
et Vetus, etiam in bonis.









fff. 2.



Aurantium distortum. Cap. XI.

BORTVS & monstra in animantibus plerunque horremus, amamus in pomis. Hinc aurantij genus variè distortum, abortiuumque hortensibus in delicijs miraculisq; numeramus. Id ex vrbe Neapoli, cuius res quoque monstrosæ formosæ sunt, nostras in oras peregrinatum in hortis Matthæiorum romanis, albanisque Sabellorum, nempe in gemino regiæ amœnitatis Elysio, fortunatam coloniam collocauit. Inde alia in pomaria propagatum. Hæc autem illi effigies. Totum è pluribus verrucis corniculisque, siue è pusillis deprauatæ figuræ pomis coagmentatur. Sua illorum cuique cutis ardentè crocea, leuiter aspera, iucundè olens, ac summè amara. Caro multa, fungosæque naturæ. Medulla spicæ simplicis, coloris vehementer flauis, acritudinis temperatæ, nulliusque feminis. Eadem pusilla poma, ferè in totum sæpius discreta, iuxta pediculos cohærescunt. Hinc facies huic aurantio varia, & alicuius interdum animantis imitamento personata, cocuntibus compactile in mendacium supradictis corpusculis. Neque verò plurium coitione partium efficitur, vt id genus aurantium vulgaris magnitudinem exæquet. Attamen cum rhegino citreo multiformi de figurarum varietate contendit: & pumilio gigantem prouocat. Sed non constanti distorti monstrosique partus lege, nec omnibus annis parens arbor abortat: fierique solet interdum, vt vulgatæ poma rotunditatis inducat: eadem tamen exigua, & ijs, quæ vulgò sinensia nominant, aurantijs paulo grandiora. Cæterùm huius aurantiæ folia densissima, & similiter minuta, vt in crispæ frondis aurantia: pediculis angustè foliatis. Flores abortiuorum indices pomorum semihulci, & ipsi abortiui. Iam verò si super huiusce aurantij distortionem abortuque Lycei cortinam confulas, easdem afferet illa causas, ^a quas in citreo multiformi iam traditas hoc loco repetere censeo superuacuum.


^a Lib. 2. cap. 5.

Estimatio distorum Cap. XI

BORTVS & molles in animabus plerumque
 horum, amantur in forma. Hinc autem
 nus variis distorum abominandis horribilibus in
 delictis masculis numerantur. Id ex vobis
 post, eius res quodque monstrat. Formosus
 nostris in omni peritiam in horis
 sua omnia, abominanda, abominanda, in
 gerino regis, abominanda, abominanda, abominanda
 inde alia in portans, abominanda, abominanda, abominanda
 6 plures vtriusque, abominanda, abominanda, abominanda
 postea, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 uice aliter, inuicem, abominanda, abominanda, abominanda
 sedque hanc, Medulla ipse, abominanda, abominanda, abominanda
 acridibus, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 forte in totum, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 eos hinc, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 to portans, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 plures, inque, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 nus autem, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 thegno, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 nihil, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 partus, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 incedunt, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 sua, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 ta, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 vt in, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 riorum, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 labor, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 las, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda
 las hoc loco, abominanda, abominanda, abominanda, abominanda








Quòd si poëticum è Parnasso responsum quæras, cognata superiori-
 bus fabula eiusdem hanc pomi narrat originem. Reuertebatur è
 venatorio bello Harmonilli soror, pugnacissima Dianæ Amazon,
 Leonilla: vnâque cum commilitantibus Nymphis confossum visen-
 dæ magnitudinis aprum, opima nempe siluarum spolia, non sine
 triumphali gaudio, reportabat. Sed (vt mortalium non rarò infelix
 etiam felicitas est) auctas fraterna maternaque mutatione filuas, se-
 que arborum consanguineam esse ignorabat. Iam fortè deuenerant
 in eam ipsam peramœnam Vertumni siluulam: cuius amœnitatem,
 splendido infortunio nuper auxerat Leonillæ parens, Tirsenia, cum
 auriferam in arborem degenerauit. Igitur ad modicam quietem
 & loci formositas inuitauit, & corporum lassitudo etiam coëgit. Hic
 initio per otium Nymphæ fetigerum monstrum, calydonio magis
 horrificum, felici concertatione prostratum inter se gratulantur.
 Sed amicam gratulationem paulatim verborum in certamen muta-
 uit ambitio, dum suam quæque figendo in apro virtutem verbis pu-
 gnacissimis præferret. Cum finis esset altercandi nullus: hanc Leo-
 nilla litem alio dirimendam certamine pronuntiat. Nostra, inquit,
 ò sociæ, virtus, nisi extincta cum fera deperijt, manu palmam, non
 voce, decerpit. Age sagitta certius collineante recidatur dissensio,
 & palmaris gloria colligatur. Cum plausu audita, & omnium suffra-
 gijs Nympharum comprobata decernendæ nouo certamine victoriæ
 conditione, de scopo collimaturis deligendo diu quæsitum. Fortè
 circumspectantibus animaduersa notissimo, in quem sæpius ipsæ con-
 uenirent, loco ante Vertumni simulacrum ignoti formosique ge-
 neris arbor admirationem mouit, vnâque cupiditatem excitauit
 eiusdem attentius cognoscendæ. Cum poma coloris aurei nonnul-
 la, quæ virentibus folijs internitebant, sublimibus affixa ramis auidi
 nequirent oculi satis delibare: En, inquit Leonilla, scopus decorus,
 quippe aureus, quò nostræ collineent sagittæ. Quæ certo pomum
 ictu deiecerit: eam non belluini solùm roboris, sed nostræ quoque
 peritiæ triumphatricem triumphali acclamatione renuntiabimus.
 Omnes ad gloriæ certamen virtus æmula illexit: & credula spe pal-
 mam quæque præcepit. Igitur coniectis de more fortibus, vltimo
 subsedit loco Leonillæ nomen. Nulla comitum non proximè, ne-
 que cum laude à proposito signo aberrauit. Prima nimirum, sed
 infelix postremæ Leonillæ ictus certissimi gloria reseruabatur. Ergo
 illa demum prægestiens, ac triumphum præcinens, cernite, inquit,
 ò sociæ, mea mihi quàm sit obsequentior sagitta. Tum dicto citius
 acutissimam deligit: neruo inserit: arcum validè adducit: limisque
 signum oculis vix dum speculata, summum arboris pomum volucris
 vulnere, pediculo resecto, deiecit. Lætas acclamationes triste pro-
 digium

digium anteuertit, & nondum natas funeravit. Nam vulnerata
erupit ex arbore subitus cruor, flebilisque vox, Hei mihi! Horror
pauorque Nymphas cæteras diuturno stupore defixit. At Leonilla,
notæ vocis indicio matrem in siluæ latebra fortuito sagittæ casu tra-
iectam rata, amore pariter ac dolore volucris, in auxilium comple-
xumque properauit. Cum ecce tibi, trunco dirupto, Tirsenia vultum
exeruit, à pristina multum formositate degenerem, multumq; ar-
boreo de tumulo squalentem. Ferale spectaculum oculos, aures ve-
rò lamentabilis hæc oratio vulneravit. Quid miseram, Nymphæ, Tir-
seniam coniurato iaculorum coniectu miseriorem facitis? Tuque na-
ta crudeliter felix, & infeliciter victrix, cur audaciore telo matrem in
arbore sepultam demutillas: maternumq; sanguinem etiam elicis è se-
pulcro? Sub hoc me cortice sepeliuit aliena mors. In hanc arborem
durauit matrem erga filium, infortunio simili duratum, mollissima
commiseratio. Harmonillum meum tuumque, mortalium suauissi-
mum, Vafroia Rabiria, quàm potens alienæ virtutis dominatrix,
tam impotens moderatrix vafri furoris sui, crudeli nequicquam sup-
plicem à Musarum exterminat ephebeo. Amissi eruditi domicilij
triste desiderium ante fores sic exulem defixit, vt nouam in arborem
digitati citrei actis altè radicibus mutarit. Præmiseram ego, qui Har-
monillum tantisper reuiscendum reuocaret: cum redit ad me super
filij statu quærentem oraculum ab Vertumno nuntius acerbus cum
filij particula, siue cum posthumo eiusdem pomo. Lacrymis & oscu-
lis exequias factura, pomum manu complector. Ne charo diuella-
tur à complexu manus, extimum transit in pomum, & in prolis au-
ræ sepulcrum, ab amoris calore coloris aurei. Totam denique pa-
rentem dolor nouam citrati limonis in arborem transfigurat. In hac
tu filia, quoties transis, matrem complectere: piè illacryma: meque
felicior abi, & vale. Ad hoc Leonilla spectaculum, ad has voces at-
tonita hæferat, maternoque stipiti simillima. Denique dolore impa-
tiens in amplexum prouolat: & miserabili cum gemitu, nulla me
dies, inquit, à te diuillet, ò mater. Vix ea, cum cæpit pedis planta
mollissima radicescere: cætera deinde tenera formositas paulatim
durata trunco, brachiata ramis, capillata folijs, vberans pomis, ar-
borefcere. Vniuersa denique Leonilla, indole magis quàm crine au-
rea, in aurantiam demigravit, fructu mirè congesto, & varias in fi-
guras pulchrè distorto matris fratrisque poma, eleganter monstrosa,
hæreditario velut imitamento æmulantem. Nympharum demiran-
tium & commiserantium eiulatu atque plangore tota latè silua per-
strepuit. Fuit autem, vulgato iam infortunio conspectisque pomis,
qui diceret, mirandum non esse, quòd arbor virginis, ad partum
rudis, fructus pareret abortiuos.

At in





At in abortus arborei miseranda fabula, graphico spectaculo exhibita, non abortauit ars tua errare nescia, Dominice Zamperi. Cum enim illa in te pictoris eximij dotes omnes congesserit: in hac mea, tuis lineis nobilitata, pagina plerasque ac præcipuas expressit. Quicquid natura, quicquid ars visendum operosè molita est: penicilli tui facilis æmulatio geminauit. Quis vnquam hominum cæterarumque animantium corpora elegantiore symmetria definiuit? Quis æqua camporum, ardua montium, depressa vallium, liquida fluminum, vegeta stirpium prospectu amœniore distinxit? Quis ædificia coloribus concinnius excitauit? Hæ nimirum tuæ fuerunt artes, vtrunque naturæ artisque mundum pingendo fingere, laudatoque mendacio callidos etiam eruditorum oculos fallere. Sed, quæ præcellis, geminam laudem, vt corpora concinnè ac peritè disponas: eademque, licet conficta & inanima, expietis expressisque animas affectibus: in angusta pagina, mihi graphicè depicta, ipsi explicas æternitati. Sic autem in efficta & experte sensus imagine veri viuunt: ac sentiuntur arboreæ matris è trunco rediuiuæ, & in arboreæ morientis filia: dolores: adeo vocales sunt Nympharum comitum complorationes: vt quicumque graphidem hanc viderit, illico affirmare cogatur, non te corporum esse duntaxat pictorem, sed animorum: & metamorphosim, quæ sit meis à scriptis fabula, tuis à lineis in historiam transformari. Equidem non possum, quin amplissimum hoc tibi loco decus illud gratuler & acclamem: O te, Zamperi, Annibale Caraccio, nempe illo Bononiensi Apelle, discipulum sanè dignissimum: eidemque vnice ac meritò perhorum, vtpote felicitis æmulationis gloria expressam magistri, & ambiguo discrimine indiscretam imaginem. At vbi nunc illa magni Annibalis, inclytum bellatorem inermi penicillo superantis, viua imago? Heu magistrum hoc vno infeliciter imitatus, ante diem obijsti! Enimuero luctuosum decuit omen, vt breui moriturus tuæ lineis artis extremis funebrem hanc fabulam dares. O mortem oppidò cæcam, quæ virum immortalitate dignum à mortalium vulgo non discreuerit! Attamen, si quod est præmaturæ mortis solatium, hoc habes maximum, quòd in pulcherrimæ Sirenis, Parthenopes, sinu mollissimo expirasti. Tuis illa picturis ornatior gratam rependet vicem, vt canoro te præconio æternet: vnoque, hoc in posterum præteruehentes nautas illicio trahat. Quanquam picturæ tuæ, quæ vrbes innumeras decorant, totidem Sirenes sũnt, ad operum tuorum suspicienda miracula sparsim prouocantes. Neque enim Sirenibus tuis vocis deesse illecebra potest, quando tui vitam colores insinuabant. Vt hoc denique fateri oporteat, tuarum beneficio Sirenum orbem terrarum vniuersum illecebrosam factum esse Neapolim.

Dominice
Zamperius.

Eiusdem obit.
tus.

Aurantium citratum. Cap. XII.

Flora mala
Medica re-
praesentat.




CITRATI parens aurantij malum limoniam folio, flore autem hanc simul citrumque mentitur. Folium enim pediculo nititur haud foliato. Præterea satis est latum, leuiter obtusum, durum, è viridi fuscum, nonnullius læuoris, vndatim crispum, densumque: denique pomi, quod ab Adamo nominant, folio non absimile. Cæterùm flos amplus, foris rubens, intus verò albens prope citrinus est. Idem ingrati odoris acumine, velut in limonia malo, haud ita probatur: & confertim numerosus summos ramos racemi more conuestit. Denique Medicorum genus malorum multiplex hoc vno representatur in pomo. Nam, si rotunditatem spectes infraque supraque complanatam, aurantium dices. Si umbilicato in vertice extuberantem papillam, videbitur lima. Si magnitudinem, lumiam putabis. In corticis verrucosa scabritie, dilutoque pallore citreum agnosces: hoc etiam quadantenus, seu potius malum limonium refert eiusdem languidus odor saporque. Caro tenuis, non admodum spissa, & satis insulsa rursus aurantium sapit. Cortex à medulla seiungi facilis, & ipsius medullæ spicæ pari facilitate inuicem separabiles speciem exhibent aurantij. Sed in ipsa palloris albidi, & acerrimi succi medulla, necnon in seminum perexiguo numero vulgaris limonis imago aliqua deprehenditur.



AVRANTIVM

CITRATVM





Aurantium Olyfiponense. Cap. XIII.



HT origine & bonitate peregrinam pomi huius arborem, nempe arboreo splendidum auro munus, ad Pios & Barberinos hortos Romam Olyfipo transmisit. Illuc autem è regno Sinarum transuectam asserit nonnemo, eaque de causa etiam Sinensem appellat. Porrò ipsa foliorum florumque forma congeneres æquat arbores. Hoc tantùm superat, quòd folia contrita suaviùs olent. Circinatae rotunditatis pomum mediocrem supra modum tumet: Eius cutis inuenti læuis, tractanti leniter granosa, præ cæteris ardentè & hilariter flauet. Caro angustissima cum ipsa prope cute confunditur, simulque commanducata dulcem temperiem non sine aromatum odorato acumine resipit, esturque iucundissimè. Nouem spicarum plurimique succi amplissima medulla tam vehementer, tam nitidè flauescit, vt aurum credas in aurantij succum distabuiffe. Hunc autem perleui acritudine blandè iucundèque mordax dulcedo, & odoratus halitus commendant.


Sinenſe nonnullis.

De Virtutibus Olfactionis. Cap. XIII.

Tunc origines & bonitate per se in hunc ar-
 borum, namque arborum splendidi sunt aut magis
 ad Pios & barbaros hores. Rarum Olym-
 pum. Illic autem e regno sinuam canit
 quam aliter nonnemo, eaque de canis cum si-
 nentis appellat. Porro ipsa foliorum formam
 formam congeneres vocat arborum. Et eorum in
 parte, quod folia contra lucis oleum. Circumferuntur po-
 tuit medicum super modum tunc. Tunc eum inveniunt
 tractant leniter granis, pro eorum videtur & hinc hinc
 Caro angustissima cum ipse prope eum constituit, simul
 comanducata dulcem temperem non sine momentum odorato
 acamine respit, esturque lucidissima. Invenit spicatum plur-
 mique licet amplissima medulla tam vehementer, tam nihil hinc
 sic, ut suum credas in suam lucem dilabuisse. Hinc autem
 perenni acridine hinc incedere mordax dulcedo, & odori-
 tas hinc comanducant.







*Aurantium Indicum in insulis Philippinis .**Cap. XIV.*

NON solum autem fossili renidet India, verum etiam arboreo. Id nos, quanuis remotissimi, non quidem manu legere, sed oculis & auribus possumus. Quincuplex generis aurantio Philippina pomaria flavescere audiui de nostri ordinis sacerdote Simone Cotta Genuensi, qui Philippinis in insulis, Indorum magis salute quam Indica merce quaestuosus, per diu salubriterque commoratus, paucos ante annos Romam venit, Patris Didaci Bobadilla, earundem insularum Procuratoris socius: Primum genus aduentitium est vastissimo Sinarum tractu ad praecipuam urbem Manilam copiosissime transportatur, incremento minutum, gustu praedulce, cute aureum: quae iam arida odoratos vritur ad suffitus. Alterum per amplum, & palmorum interdum ferè quinque, rotunditate praerumidum earum insularum fecunditas nativa largitur. Tertio illi pariter prouenienti Genuensis aurantij par magnitudo, & mira grauiditas, latente intra medullae medullium pomo exiguo, consimilis coloris saporisque, sed cutis experte. Ex eo fetu aurantium filiorum nominatur. Quarti generis aurantium in iisdem insulis nascens, colore flauo, & sapore dulci, cum ipso totum cortice manditur emolumento non leui. Quippe bilem, dulcium esu pomorum creari solitam, cortex commanducatus emendat. Id genus aurantium corrupto indico nomine Hispani Darandanas vocant. Postremo aliud praedictae ferunt insulae aurantium, Genuensis aequale, ac plerisque partibus consimile: attamen purpurei coloris medulla, quae vnam sapiat, mirè dispar. Porro multiplex hoc earundem insularum natuum aurantium arboris, foliorum, & florum aspectu, ipsiusque colore cutis à nostrate non distat.

Quincuplex.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Aurantium Sinense. Cap. XV.

QVOD vulgò dicitur Sinense aurantium, ex arbuscula prouenit trium ferè cubitorum, ramulosa, minusculis folijs densissima, & flosculis pomorum fœcundis vbertim vernante. Pusillam globatur in pilam, & Appiani mali minuto incremento dignum se matre nana filium probat. Hilari corticis colore flauet: minutè granoso læuore nitet: minimum habet carnis, coagmentante corpus interius nouem decemue spicarum medulla, bene flaua, iucundè acida, semine destituta. Conuenire Sinensis nomen id genus aurantio pernegat, cuius a libro primo meminimus, nostro ex ordine Aluarus Semedus: quòd apud Sinas nulla eius formæ poma, plurima verò cum in reliqua India, tum Goæ atque adeo in Salfetanis insulis conspexerit. Quare id aurantium nuncupandum esse existimat vel Indicum, vel Goanum. Hoc ipsum pomum alij de minorum densitate foliorum myrteis folijs aurantium appellant. Porrò aliud in Sinarum pomarijs longè prædicto breuius, Valentinae videlicet oliuæ magnitudine figuraq; regionis eius peculiare ac planè Sinense reperiri idem Semedus affirmat, quod totum manditur, cute suauis, medullaque prædulci.

Potius Indicum vel Goanum.

Verum Sinense.

Cap. 8.

Aurantium dulci cortice. Cap. XVI.


SVAVITER hoc diffidet à cæteris aurantijs, cuius corticem, rem alioqui amaram, dulcitus condit. Notabilis in folijs fusca viriditas, breuitas, duritia. In floribus laxitas & copia. In ipsis pomis duplè triplouè maior, quàm in alijs, amplitudo. In cortice color ardentè croceus, modicus læuor, apor amabiliter subamarus. In carne verò, nempe in contiguo medullæ cortice, duplicis ferè digiti crassitudo, crassi quoque corticis nomen alterum aurantio faciens: concretio duriuscula, nec sine perleui amaritie grata dulcedo: vt hinc dulcis corticis vocabulum aurantio natum crediderim. In medulla color impensè sulphureus, acrimonia temperata, spicæ septenæ vel octonæ. Denique numerus in seminibus exiguus, & præstans magnitudo. Totum pomum nonnullam dulcedinem


nem resipiens, vt limones particulatim confecti, atque vt poma solent permulta, iucundè manditur. Ea propter (vt ego interpretor) aurantium pomum à Siculis & Rheginis, à Liguribus verò Adami pomum nominatur. Cum carne cortex & integer, & in scobem attritus vtilissimo stomachi remedio sacchari conditura componitur. Nullo tamen apud Rheginos id pomum in pretio est: quippe in triuiali vulgarique ludo pro ligneis globulis vsurpatur: & aurum illic in aurantio grandiore nimiam sui copiam faciens, tanquam res ludicra, vltro citroque propellitur. Huic rei ex aqua decoquitur, quò tractabilius fit: deinde, vmbilico circumsecto, emedullatur; ac pro medulla herba stupae farcitur, quò leuius idem fiat: denique formini transuersus furculus, vel alius quispiam obex apponitur. Vides recentem historiam esse auri liberaliorem, quàm veterem fabulam. Nam trium duntaxat aureorum iactu pomorum Atalantam vicit Hippomenes: Rhegini verò complura generis aurei poma in domestico ac triuiali ludo proijciunt: auroque ludicro, Atalantacharius, verum aurum ludendo lucrantur.

Alijs aurantium pomum, alijs Adami pomum.




AVRANTIVM DVLCI CORTICE ET SINENSE






ORIENTALIS SINDHENSIS






EADEM
AVRANTIA DIMIDIATA



Iii. 2.



FABRICHE VARRANTIA DIMIDIALA

102

Aurantium maximum. Cap. XVII.

VRANTIA malus mirè contrarijs lasciuiens puer-
 perijs, fœtus suos quâ nanos enititur, quâ gigan-
 tes: & Rhetore fœcundior, non verbis, ac re ipsâ
 ludit in antithetis. Maioris ergo aurantij, cui mu-
 tuatum à gigantibus, à lusorio folle, à cucurbita
 magnitudo & figura nomen indidit, enorme in-
 crementum ab insitione potiùs iterata, quàm ipsis
 à natalibus creditur exticisse. Quare quam prodigiosam gloriam po-
 mum hoc nomine vsurpat, factò præstat, vt in palmos interdum
 prope quinos stolidè tumens, inter aurantia mala follis, cucurbita,
 & gigas sit. Iustam biennio ferè vel triennio maturitatem & magni-
 tudinem in arbore capit id pomum, siue cunctator inter poma Ele-
 phas: atque hoc diuturna solùm efficit mora, vt pomi cutis dulce-
 scat, & palato probetur ad cibum, medulla ingratum in saporem de-
 generante. Quare id genus pomum maturissimum pascendis ocu-
 lis, quàm faucibus, accomodatiùs habetur. Eius adhuc vigentis cor-
 tex vehementer & quodam cum atrore croceus, auersi cultri crassi-
 tudinem æquans, læuoris ad oleosum sudorem punctim offensi,
 blandique odoris, & leuiter amarus. Caro plurima, fungosæ rari-
 tatis, obsoletæ albedinis, & in luteum inclinantis, mandentis in ore
 teneritudine deliquescens, nec sine amaroris momento grata. Me-
 dulla breuis, modicè suauiterque dulcis, aut etiam (vt quidam asse-
 runt) acerrimo sapore prope ingustabilis: spicis compacta denis vel
 pro ipsius pomi amplitudine pluribus, saturo colore sulphureis: se-
 mine raro, longulo, rugoso, ac prope inani præditis: meditullio
 spongioso ac digitum lato circumfusis. Neque verò gigantæum in-
 crementum in pomo duntaxat, verùm etiam in flore ac folio demi-
 ramur. Hoc nuper ad me Neapoli transmissum digitos longitudine
 ternos denos, latitudine octonos æquabat. Eius autem pediculus de
 more foliatus in digitum vnum ac dimidiatum porrigebatur. Tantæ
 amplitudinis & folia & poma fundit etiam arbuscula modico in fi-
 ctili radices angustè diffundens. Ex vrbe Genua transuectum dici-
 tur hoc aurantium ad hortos Neapoli proximos Caroli de Cardenas,
 Marchionis Laini: vt illo etiam in fastigio absolutæ amœnitatis gigas
 hortensis decentiùs habitaret, & conspectior emereret. Cæterùm
 gigantæa hæc aurantium natio quotidie sobolescens hortenses per
 colonias iam incipit habitare diffusius. Feliciter autem libenterque
 diuersatur apud Marium Schipanium, medendi scientia præstantis-
 simum,

Varia eius
 nomina.

Maturitas.

Forma.

Folium.

Carolus de
 Cardenas.

Marius Schi-
 panius.

Hipponeranzion vocat.

simum, neque de hominum duntaxat, verum etiam de stirpium vita meritum quam optime. Hic autem predictum aurantium maximum apposite nominat Hipponeranzion, disertéque asseuerat, genere duplici discriminari. Et alterum quidem sessilis esse compressaque rotunditatis, eiusque medullam suauiter mandi: folijs quoque omnium congenerum amplissimis, ac plerisque luteo colore maculosis idem opacari. Alterum verò forma esse rotundiore, medullaque saporis iniucundi: præterea folijs discerni breuioribus crassioribusque, necnon etiam unicoloribus.

Forma

Forma

Forma

Forma

Forma


Forma




Auran-




QTP



QTP



KKK



Aurantiae situs. Cap. XVIII.



MEDICA S inter malos ad frigoris patientiam nulla, quam aurantia, robustior. Testes orae complures perfrigidæ, quarum inter argenteas niues pomum eius aureum liberaliter nitet. Cæterum si, quem citri & limonis arbori felicem pomarij situm præscripsimus, malus quoque aurantia nanciscatur: ipsius profectò aurea sese pulchrius & liberalius efferet fœcunditas. Adnotatum est, commo- do saporem situ meliorescere: nominatim verò dulcis aurantij medullam loco aprico è solari coctione subacidulam fieri, opaco ex nimia ingrataque dulcitudine subamaram. Peropportunè iam nostros in se oculos animosque conuertunt antiquissima deliciarum omnium felicitate semper vernantis, semperque nouæ Neapolis maritima rura: quæ sinuosum oblectandis mortalibus gremium auidè pandunt, & ad hospitalem complexum brachia porrigunt portuosa. Ad hunc voluptatis portum amicè contrarius Ausser libenter aspirat, vt inter bene olentia hortorum suspiria halitum inodoret. Sed vt fructu formosior, sic flore suauior est Medica malus, quæ illic plurima tam longè marinis vndis odoratam suauitatem afflat, vt beatam oram illam præteruehentibus videri possit, mare Neapolitanum suauissimis è floribus colliquefcentibus distillasse: aut potius Neapolitanas auras non alio ex ore spirare, quam florum. Triumphat enimuerò, triumphat flexanima Siren, Parthenope: nullusque tam cautus illuc nauigat Vlysses, quem illa nunc, sine strepitu etiam argutis, oculorum & narium illecebris victrix innocua captiuum non remoretur. Neque verò deterrere ab aditu debent montes inter vndas ignei, & flagrantis animæ spiritu vaporantes: quia terræ ardenter amantis, ac medullitus suspirantis aduenas, spiramenta sunt: simulque speculæ illustres naturæ, longinquos nautas crebris facibus inuitantis. Vt autem primis vltima respondeant, vtque totam Italiam vnum cum ^a Varrone pomarium appellemus: extrema italici foli lacinia, Rhegium maximè australe laudatis iam vr- bus Hesperidum poma non inuidet. Ea quippe Brutiorum ora meridiano feruori propior, & Africanæ citreorum patriæ soli fœcunditate similior, natura potius, quam arte, felicitis glebæ cultrice, aurei pomi feraces non hortos videtur alere, sed siluas. Quinetiam, ne quid à maritima parente Afra nutrix tellus Brutia differret, à Siculo latere, cui quondam cohærebat, interfuso mari discessit:

Aurantia frigoris patiens.

Sapor situ fit melior.

Amenitas Neapolitana.

Rhegina.

^a De re rust. lib. 1. cap. 2.

Hesperidum
horti in Re-
gno Neapo-
litano.

atque à rupturæ argumento Italiae margini græcum Rhegij nomen imposuit. Utque hic etiam hortos Hesperidum recognoscas, metuenda monstrorum custodia inuigilat. Pro vno enim Dracone Scylla & Charybdis circumstant, ambæ sæuitia nobiles. Hanc ergo pulcherrimam Neapolitani regni maritimam oram suis reddidit pomis pulchriorem Hesperthusa, nulli sororum loci delectu secunda. Verum, ut, quam proprijs ornandam aurantijs delegerat, ornatissimam efficeret, arboreum sororum aurum censuit adiungendum. Igitur Æglen Arethusamque acersit, in destinatam sibi usque ab Italiae partitione prouinciam comites adiutricesque deductura. Hesperides transmissuras curru inuehi Neptunus voluit, suorum splendidissimo: quem Oceanitides Nymphæ congestis è marinis diuitijs magno humentis mundi Tyranno faberrimè coagmentauerant. In hunc semel ille quotannis inscendens, liquido maris in teatro, inter adfultantium Tritonum Nympharumque adulatrices cantilenas & choreas, anniuersariam inuentæ ab se vtilissimæ animantis memoriam, necdum Palladi concedens, triumphali pompa concelebrat, & solemnia ludit Equiria. Neptuni quoque imperio marini geruli, Tritones, importandis Hesperidum hortis, humerorum opera verè pensilibus, laboriosum iucundumque obsequium exhibuerunt. Porrò Tritone buccinatore præmisso iam præmonitæ tripartiti Neapolitani littoris tres canoræ dominatrices, Sirenes, honorificum properant in occursum. At verò secundissimo ventorum obsequio prouectæ amœnum Pausilypi portum si non corpore, aspectu certè propiore tenebant Hesperides. Iam cultissimæ rusticitati villarum interstita magnificarum ædium urbanitas formositatis magnete animos sic trahebat, ut lentus impellentium aurarum impetus videretur. Iam vrbs, quauis antiquissimæ, nullo tamen æuo deflorata pulchritudine semper recentis, augusta species etiam tacita inuitantis habet illecebram vocis. Sed officioso adnatantium occursum Sirenum canora concordia, & musica blandimenta violentiore suauitate traxerunt. Suam quæque in oram, cui præsideret, nutu cantuque Nymphas aduenas vocat. Quæ dextero est in latere Leucosia, cymbalum argutè quatiens ad Caietana rura: quæ in sinistro, Ligea, chelyn numerosè verberans, Brutios ad agros & præcipuè ad Rheginum: media verò inter Sirenas formositate princeps, & autoritate regnatricis, Parthenope, patriæ Regum corona insignis, suæ ad Vrbs, felicitisque Campaniæ hortenses delicias arguta æmulatione sollicitat. Canora suauitas Africanas & Virgines & arbores ita excantauit, ut aspirante ventorum fauore valentior ad beata confestim littora pertraxerit. Quis iam primo in congressu mutua humanitatis officia narrando exequatur? Paucis omnia complectar, si dixero, etiam citra cantum


Sirenas

Sirenas esse meras blanditias: Hesperidum verò aurum non in moribus minùs, quàm in arboribus, præfulgere. Cæterùm antea regio illa naturæ, amœnitatem summam vbertatemque indulgentis, liberalitate felix, nunc auriferarum arborum pulcherrimis opibus felicior, extemporalis veris floreo risu repentinum gaudium testata est: eaque fecunditate paucas arbores in aurea nemora propagavit, vt Africæ nitidos hortos illustriore opulentia infuscarit. Hoc denique Neapolitano regno gratulari licet, formosarum Hesperidum aduentu geminatas illic esse Sirenas.

Strenus esse inter blanditas: Hesperidum vero annu non in mo-
 ribus minus, quam in arboribus, perspicere. Ceterum aures regio
 illa nana, antea summa vberumque indulgentis, libe-
 ritate felix, nunc austeritatem arborum pulcherrimis opibus seli-
 cior, extemporalis veris flore non repentinum gaudium testata
 est: eaque fecunditate parvas arbores in aures nemora propaga-
 vit, ut Africa nidos hortos illustret opulenta insulari. Hoc
 demum Neapolitano regno gratulor licet formosam Hesperidum
 educere geminas illic esse stercas.

Ego





Ego verò tibi acceptum hoc refero, inclyti nominis pictor Ioannes ^{Ioannes Lanfranchus.} Lanfranche, vt in voluminis mei perangusta pagina tota Sirenum suauitas, Hesperidum formositas, Neapolis amœnitas artificio sanè mirabili concludatur. Nimirum nouit assueta magnis corporibus expingendis ars in tenui quoque pictura gloriam non tenuem reportare: habetque nostra etiam ætas Apellem suum, qui linearum æquè subtilitate, atque ingentium operum in præcipuis orbis terræ theatris visendorum maiestate dignoscatur. Igitur admirare, quisquis aspicias, ingenij ad ingentia nati artificio patientia minutissimum opus absolui pergraphicè potuisse. Fatere simul, pictæ huius beneficio paginæ, indiscretum à veritate mendacium circumferentis, Neapolitanam posse vbique amœnitatem inueniri. At ludus hic est, ac velitatio artis eximiæ, imitamento naturam exiguo prouocantis: aut etiam strenua quidem, sed angusta concertatio in isthmo ac thermopylis paginarum. Gloriosius profectò in amplissimo quàm tabularum, quàm parietum campo vastis corporibus, è mortuo colore animam vitamque ducentibus, erudito luminum umbrarumque dispositu eminentibus, viuidos in gestus actuosos, artificiosa nonnunquam contractione iustam longitudinem mirè ostendentibus, gigantæum bellum non stolidè quidem cum cælo, sed ingeniosè cum ipsa natura bellat: deque captis & captiuis mortalium oculis animisque pluribus simul locis quotidie triumphat. Quid incredibilis illa in pingendo, & accurata celeritas? nonne diuini potentiam imperij, pro arbitrato omnia momento procreantis, quantum homini fas est, feliciter æmulatur? Hoc enim uero est more diuino pingere. Hinc laude præcipua tholos ille sacrarum ædium picturis faberrimis exornat. Vbi enim decentius diuinus pictor, quàm terreno in cælo illustrando emineat? Neque verò citimum sideribus, sed extimum summumque, cælitibus illustre, cælum pandit: efficitque laudabili fallacia, vt mortales in terris anticipato cælitum consortio perfruantur. Possem hinc ego innumeris in urbibus dispersa spectacula, Lanfranchi artificio planè cælestia, proponere. Sed suis idem Sirenibus me Neapolim reuocat, vbi non vnus in tholi speciosissima pictura dat cæli conuexa tueri. Vt principis templi augustissimum facellum hanc etiam ob causam à thesauro nominari iam possit, quòd artificis eximij pictura locupletatur. Sed quid ego sperem præstantissimi pictoris immensam gloriam perbreui laudatione metiri? Vnus ipse potuit infinita suæ decora picturæ angusta graphide complecti, quæ Neapolitanas mihi delicias lineauit: quandoquidem hæ felicitatem geminam, decorum omnium originem, expressa velut imago, representant. Vt enim Neapolis in Urbium teatro, ita Lanfranchus in pictorum choro Naturæ Artisque, toto certatim liberalitatis co-

natu condecorantium, miraculum est. Quare vtraque vtrique non faciebat, sed Perfecit, non litteris, sed ornamentis inscripsit.

Terra, simus, satio, insitio. Cap. XIX.



S I durioris indolis aurantia quæsitissimas culturae blanditias non exigit, attramen non recusat: ijsq; multum proficiens, lætioris vbertatis grata vice respondet. Hinc humo pulla, pingui, minuta humectaque gaudet: quanquam & in mediocri satis commodè poterit educari. Quòd si pingui solo deficitur: admisto, quem præmonstrauimus, fimo lætificabis: sique sui liberalem auri cupis aurantiam, liberaliter habebis. Cæterum hæc eadem potest, quemadmodum^a in citro docui, femine feri, vbi præsertim numerosior desideratur arborum populus Medicarum. Si aurantium integrum infodias, eo corrupto confertæ totidem nascentur arbusculæ, quot illud femina grauidabant. Sed arborum feritas satiuarum insitoris artificio edomanda est. Seminum quippe etiam lectissimorum satiu siluaticæ solent ac feræ aurantiæ, saporis asperi, minutique incrementi poma ferentes, prouenire. Hinc posita dulcis aurantij femina in acida & siluestria poma degenerant, quæ postea insitione mitigantur. Quanquam alicubi natura solertior artem sic efficit inertem & incuriosam, vt hæc satiuis aurantijs, suopte ingenio pulchrè frugiferis, insitionem adhibere non laboret. Quare Philippinis in insulis coloni eas femine ferunt in seminarijs: deinde paulum adultas constituta duntaxat in loca transponunt. Corcyræi etiam è cadiuis natas feminibus voluntarias & agrestes aurantias perrarò de mitibus inferunt: sed satis habent arbusculas in pomaria transferre, quòd ex ijs vltro absolutæ bonitatis poma nascantur. At verò Cretenses aurantij dulcacidi arborem satiu, dulcis autem insitu propagant. Sed cur ego immensâ maria transmitto? cur in longinquis insulis peregrinor? Quæ longè peto experimenta, Roma suppeditat. Visitur in cœnobio Diui Francisci ad prata Quintia iuxta ripam tyberinam aurantium à crispo folio nomen habentium satiu siluula, nullo insitionis auxilio feliciter adulta, & fœcundissima pomorum, quæ magnitudinem & suauitatem insititijs non inuideant. Sed hoc ipsum naturæ indulgentioris munus, non omnibus concessum locis, disertè admonet insitorem, vt naturale siluestris aurantiæ vitium arte remoueat. Is ergo trimam aut quadrimam, nempe iam pollicaris crassitudinis, edomita de aurantia inferet; aut etiam ipsius siluaticæ oculos furculosue applicabit vr-

Aurantia
feritur etiam
integro po-
mo.

Satiua insi-
tione indiget.

Qua ætate
inferenda.

A Lib. 9. cap. 8.

bit vrbanae. Porrò delicatioris in arboris finu adoptiuae sapor erit quidem conditior, at vita breuior. Vt aurantium amplitudine ac sapore praestantissimum compares, eius arborem citro inferes secundum terram: sic enim in aurantiae commodum citri vis fertilis vniuersa se fundet. Hoc tandem loco expedit siluestris aurantiae notas aperire. Eae sunt arboris aculei crebriores, praelongi, horridique pomorum globus contractior: medullae color dilutior: sapor acerrimus: succus parcius breuique arescens: spicae inuicem auelli contumaces. Quod si nonum decimumque post mensem poma colligantur, è millenis ducena inuenientur exucta: cum raris insitiuis mora in arbore diuturnior succum delibet. Ea propter dulci succo aurantia, quorum mitior dulcedinis sapor non est à semine natiuus, sed à necessaria insitione aduentitius, per diu succosa pendent: nec hiemem reformidant, utpote habitu calidiora.

Qua ratione, & quam in arborem.

Siluestris aurantiae indicia.

Consilio, propagatio, translatio, & collocatio.

Cap. XX.



COGNATIS arboribus citrei & limonis hoc maxime diffidet aurantia, ut ramo nolit taleae depangi, praeter vnam indolis citreae retinentissimam citratam. Spissior quippe illius ac durior materia non eicit ex se plerumque radices. Cadit quidem aliquando, ut inhumatus ramus aliquis radicescat. Sed raris & fortuitis fidere cultorem dedecet proidentem. Porrò reliquis iam praescriptis conferendi formulis aurantiae saecula perennant. Nam & satiuæ arbusculæ è seminario in pomarij stabilem, in fictilium mobilem, in parietum vestiariam, in sepimentorum tutelarem siluam transferuntur: & arbori haerentes rami vel humi prostrati defossique, vel in vascula inserti, terraque circumpacti, nouis radicibus inductis, in arbores educuntur. Quae procera statura sunt, spatioso congruentius in solo arborea donantur libertate, aut conuestiendis parietibus mancipantur. At verò incremento breues aut in fictilibus habentur, aut in humiles hortensium areolarum sepes disponuntur. Quanquam & maiores aurantiae, praesertim quae rarioris molliorisue sunt generis, vtiliter vasis committuntur. Porrò ijs nominatim gaudent, quae nomen habent à dulci pomorum cortice, à citrea scabritie, à commissura pediculi stellata, à corpore distorto, à crispo folio, à credita patria Sinensi. Amant praeterea in pomarij laxitate licenter arborefcere non vulgares modò, quorum poma sapor medullae triplex, dulcis, acer, me-

Aurantia ramo non conferitur.

Quae collocetur in fictilibus.

Quae ioco laxiore.

Quæ ad pa-
rietes, vel ad
sepes.

diusque discriminat: verum etiam rariores, nempe cortice fructus dulci, eodem striato, folioque crispicante. Quæ dicitur citrata, nisi si aliam in aurantiam insita fuerit, instar citri gracilem inconcinneque ramosam attollitur in arborem. Hisce proximè recensitis parietes quoque prætexuntur, aut sublimes hortensium ambulationum sepes excitantur. Ad humile sepimentum Sinensis & crispula optimè adhibetur aurantia.

Stercoratio, fossio, irrigatio, putatio.

Cap. XXI.



Rarior au-
rantia stercoratio.

Idem fossio.

Rigatio pro
loci varietate
varia.

Verno tem-
pore noxia.

Vbi vitis hi-
berna.

T hæc arborum odoratissima fœtido pabulo delectatur, valida illud concoquere iucundum in odorem: fœdamque rem in delicijs habet cuius hortorum satis delicata. Non exigit quidem singulis annis, sed satis habet alternis eo refoueri, utpote citrea limoniaque malo robustior: veruntamen annui lataminis liberali sagina hilarior cultoris curæ fœcunditate respondet. Debet autem per autumnum eo more lætamen ingeri, quem^a in citro præposui: de Liguris præterea coloni^a monitu cælo terraque siccis. Fossiones pariter non ita crebras, sed biennio interuallatas requirit. Irrigationes adolefcens ad incrementum promouendum frequentes: iam adulta rariores desiderat: nisi tamen in fictili deposita, vel parieti adiuncta parcum angustiore ab humo bibat humorem: Rigandæ huius arboris adultæ intercapedo & consuetudo pro multiplici regione ac declinatione mundi variat. Aquam Ligures ministrant per æstiuos feruores quadragesimo quoque die. Neapolitani à primis caloribus ad extremos, plerunque scilicet à mense Iunio inchoante vsque ad Septembrem exeuntem, aut singulis aut certè alternis diebus. At verò Rhegini asserunt, nullo ferè non tempore tempestiuam esse commodamque aurantiæ ac cæteris malis Medicis rigationem: verno duntaxat incommodam, ab Aprili videlicet mense aut Maio, cum illæ florere incipiunt, vsque dum nouellos pomorum fœtus ad nucis incrementum perduxerint. Aiunt enim, ex ijs id temporis irrigatis fructum defluere: quoniam (ut ego existimo) verno satis humentem succo aduentitius & superfluous liquor emollit ac soluit ad lapsum. In agro Rhegino Siculoque cum arbores Medicæ omnes, tum maximè aurantia pomum ferens medulla sicciore hibernum, quò rigantur vberius, eò vastius ipsarum poma grandescunt, & ad suauiolem cibatum fluida meliùs eorundem pomorum medulla siccescit. Irrigua igitur aqua

poma

poma ficcat, dum ita nutrit & adiuuat, ut humorem intimum superfluentem concoquere valeant, & ad cibariam temperiem pervenire. Contra verò mensibus vernis, Martio & Aprili, cum iuvenescens in puerperam magna mater pleno vberibus partus suos lactat, affusa illa poculum aquæ non efflagitant. Caterùm non pauci, nisi cum siccitas æstiva compellit, haud irrigant. Quòd si per æstatem aurantia sitire finitur, abortat, nec florem educit in fructum: sed imbribus autumnii primoribus iterum grauescens mensibus vernis alienis, Nouembri scilicet ac Decembri: tum poma postulat secundaria atque deteriora, quippe notabilem in modum rugosa, multumque insulsa carnis, medullæ verò succique perparum habentia. Horum discrimina in venditionibus callidi emptores facillè internoſcunt. Antoninus Venetus Netinus edito ante annos centum libello cultor Siculi pomarij sanè diligens in rem præsentem^a ita scribit. Aurantia, Medicarum arborum facillè princeps, naturaliter sicca & siticulosa terræ vber alia qualibet arbore vehementiùs exhaurit exuritque. Itaque non patieris locum circa herbescere, sed crebro exherbatum largiter irrigabis. Quòd autem de hac modò arbore dicitur, de Medicis arboribus reliquis dictum omnino velim. Consilium hìc cape salubre paucisque cognitum. Aquam aurantijs per æstatem noctu irriga. Sic frigido cæli terræque statu noctem totam radices in humido solo iucundè natabunt: & nocturni è poculi frigore hilariorem viridiorumque vitam combibent, quàm quæ tuorum in solo etiam consimili vicinorum educantur. Quin etiam ea mihi firma stabilisque infidet opinio, morbos arborum plerosque diurnæ per æstatem irrigationis è fonte profluere: quòd humor sub æstu solis affusus arboreæ pestis originem, liquidum spargit incendium. Sin autem de proximo liquor excurrit, grauiùs lædit: quia diurnis feruoribus æstuantis arbori subito frigore rigorem inducit. Quocirca tempestiuior irrigatio nocturna est. Curabis autem, ut aquæ irriguæ circum arbores conceptacula spatiosa sint, ut radices latè spatari possint: quippe humoris frigus conſectantur. Scito hìc fatius esse humorem nullum, quàm parcum, affundere: quòd, humore parco sitim accendente, minuuntur arbores & emacrantur. Quòd si rariùs quidem, sed profusiùs rigaueris: & illarum incolumitati consules, & ad insitionem tempestiuam earundem incrementa promouebis. Hactenus de aqua ministranda cultor Siciliensis. Putatio quoque in aurantia rariùs, nempe altero vel tertio quoque anno celebratur: quòd ea veteri suo contenta luo, & in fructum profusior, noua se parçè promit in germina. Si qua tamen pars inaruerit, quocumque protinus tempore amputabitur.

Æstiva vbi que necessaria.

Putatio rarissima.

*Medicina ac tutela, Cap. XXII.*Gumi mor-
bo infestatur.Dulcis facilè
curatur.Contra fri-
gus calorem-
que auxiliū

VANVIS inter Medicas malos roborea & valens, morbis tamen interdum conficitur aurantia: & quanuis duri præ cognatis arboribus ingenij, exitialis tamen gummæ mollescit in lacrymam, suoque liquore peruritur. Quæ dulcis fructum saporis præbet, ex facili emendatur, si (quod Hetruria & Campania consuevit in olea renouellanda) ramis cæteris defectis, vnus modò relinquitur, qui per ipsas plagas noxiam gummi pituitam exudet. Verùm acris atque dulcacidi pomi arbor auxilio isto non confanescit. Equidem præscripta^a in citro mitiora remedia vulnifico isti ac dispendioso prætulerim. Huiusce arboris valetudini reliquæ, dum citrum curarem, satis consului. Eadem quippe arboribus Medicis vniuersis tradita medicamenta conducunt. Calorem & frigus fortiùs quidem, quàm citrea & limonia malus, sustinet aurantia: non sic tamen, vt aliqua nonnunquam præsidia & munimenta non reposcat. Vtrique malo propulsando vnā sic præcipit irrigationem^b Pontanus:

^a Lib. 2. cap. 18.^b De Hort. Hesper. lib. 1.

*Tu verò, quoties æstusque & solis iniquum
Feruorem metues, rapidi & fera sidera cancri,
Aut glaciem quoties, inimicæ & tempora brumæ:
Verge iterum latices, iterum fluuialia mersa
Stagna super: sic ipse æstus, sic frigora vinces.
Nanque æstu sitientem altè, externoque calore
Arentem madidans, sedas æstumque sitimque.
At glacie inclusus calor æstuat, & furit intus
Flamma vorax. Tum funde imbrem, tum flumine largo
Irrora siccas occulto ex igne medullas,
Quò vigor aduersùm soles se & frigora duret.*

Verùm isthæc refrigeratoria medicina sufficere possit feruida tepidæue regioni, cuiusmodi est mira temperie felix, à Pontano decantatus & cultus ager Neapolitanus. At verò (vt à Romanis finibus exordiar) Tusculum, Romæ, vrbi temperatissimæ, prope suburbanum: & cæli salubritate, accliuatatis amœnitate, villarumque elegantia naturæ artisque gaudentium opus, quia glaciale Septentrionis halitu inspiratur, è Medicis malis vnas ferè aurantias, & quidem non sine operosis per hiemem munimentis alit. Sed nos illa maximè

ximè inuitant ad contemplationem sui harum arborum hibernacula, & inuento & opere singularia, quæ cætera inter miracula visuntur in villa Tusculana, cui spectaculi formositas nomen dedit: cui præterea stellatus Aldobrandinis sideribus Draco Burghesius, felix & custos & dominator affulget. Igitur iuxta latus magnificarum ædium orientale per ampla & concamerata cella ab aquilone ad austrum patet in longitudinem palmos ducenos & septenos denos: in latitudinem verò inter exortum & occasum tricenos. Attollitur eadem in altitudinem palmis ferè quinis ac tricenis. Occidentalis paries magnum habet ostium: fenestras quoque vtrinque ternas ferro cancellatas, imas easque maiores: supernè verò minores septenas: valuis omnes ligneis emunitas: vnde cella illuminatur perflaturque, cumque vsus postulat, obcæcatur. Pro duro illic pavimento molle solum est, hibernaturas arbores excepturum. Iam verò cellam ipsam solertia sic arbuſtat. Principiò circiter Idus Nouembris secundùm parietes scrobis perpetuus effoditur latus palmorum quinque, altus autem quatuor, cumulatim egesta in mediam cellæ aream humo, vt regeri faciliùs possit. Exinde pomarij proceriores aurantiæ, bipalio circumsecta ferè bipalmi terra, operarum cautionis cum adhærente gieba eximuntur: exemptis summæ fibrarum partes cum eadem gleba vel securi vel falcula intendentur: insertæque ferculo è lignis quatuor dolatis conferto, & vtrinque binis capulis extantibus manubriato, comportantur in cellam: factaque in scrobe proximè parietem æqualiter ordinatæque deponuntur. Ad hæc humiliores aliæ, è fictilibus eductæ, ratione consimili fibris detonsis inferuntur aurantiæ, ac prioribus adhæse apponuntur, vt ipsa gradatim siluula continuetur. Quòd si plus æquo aliqua defideat arbuscula, ingesto substratoque solo exaltatur: si nimium extet, subducto deprimitur. Quanquam plures haberi solent in promptu comportatæ arbusculæ, vt idoneo quæque loco statuatur. Custoditur etiam, vt arbitris oculis ita dirigantur, ne qua exorbitet. Si ramus quis inconcinnè proster, aut reciditur, aut certè vinculo reuocatur. Iam collocatis arbusculis, effossæ terræ quod satis est reponitur ad explendas lacunas: & in æquatam planitiem supersternitur, sic tamen, vt reliquo cellæ solo nonihil subsidat, habeatque modicæ deuexitatis veluti alueum ad irrigationes accipiendas euergendasque. Ob eam rem medium cellæ solum leuiter exaltatur, vt in vtranque partem æqualiter decliue irriguum dispenseet humorem. Vbi murale viridarium circumpositum est, tum sic disponitur medium, è ianuarum regione bipartitum. Vt omnia sint eius latera directæ, linea intenditur solo contigua, non suspensa: ne sit vitro citroque commeantibus operis vel moræ vel offendiculo. Tum scrobis sit ad instar prioris altus

Aldobrandinis aurantijs .
Tusculana
cella .

ris altus palmos quaternos, sed latus denos, longus autem ferè quindenos. Neque verò vniuersus, quemadmodum superior, vnica fossura, sed pluribus excauatur. Quæ detrahitur humus in partem proximè effodiendam reijcitur. Et primùm quidem breuiores arbusculæ cohærente cum cæspite ternæ aut quaternæ pro latitudinis capacitate disponuntur. Deinde, scrobe reliquo per partes effosso, rursum aliæ prioribus admouentur, vsque donec præstitutum spatium repleatur. Illud autem sedulò curatur, vt, linea dirigente, rectissimus laterum tenor promoueatur. Sed summæ partis æquor ad oculorum normam exigitur. Cæterùm ad elegantiam spectaculi paribus abiunctæ interuallis, & pariter extantes productiores aurantiæ, mediæ interseruntur. Ad hæc, prout particulatim scrobis effossus depositis repletur arbusculis, ita identidem superiecta æquatur humo, quæ fuerat egesta: cuius tamen planities (vt supra monui) non sit perlibrata, sed humori superfluo euergendo molliter pronâ. In eundem modum mediæ viridarij pars altera ordinatur, Interiectæ scrobibus extremis medijsque semitæ quinos laxantur in palmos: quæ medium discriminat viridarium, decem palmorum spatium obtinet. In hanc cellam aqua corriatur è proximo fonte ad ostium vsque: vnde prior sub gradu aditu patefacto delabitur. Hæc autem arbusculis vix dum translatis, ab ipsius translationis incommodo recreandis, primùm affunditur: deinde mensibus semel singulis eadem ministratur, & in quancunque opus fuerit partem, tribuitur. Satis infusum esse viridarium argumento est liquor supernatans, & ad imam vsque decliuitatem decurrens: vnde per exitum defluit in medio septentrionali pariete fenestratum, superfluique humoris meliùs emittendi causâ, scrobis fundo respondentem. Imæ fenestræ diebus à vento silentibus & apricis admittendo tepori panduntur, ventosis & glacialibus excludendo frigori operiuntur: summæ nunquam non patent. Sic Aldobrandinæ Rossani Principis aurantiæ Tusculano sub tectotutæ ac viridissimæ perhiemant: eaque amœnitate permulcent oculos, vt verum hoc esse illi Elysium credant, cælestium siderum aspectus non indigum: quandoquidem etiam sub operto propitia sibi sua sidera nouit & aspicit. Semestri spatio exacto per Aprilis apricitatem, qua importatæ sunt ratione, educuntur ex hibernis arbores, & in hortensia æstiuâ referuntur: ipsius autem cellæ solum coæquatur. Diffimulandum postremò non est, geminata quotannis translatione non nihil aurantium vexari. Dum enim vindicatur à frigore viriditas, officitur fecunditati: tum quia vberem terræ succum hausturæ radices crebra circuncisura spatari non permittuntur: tum quia contacto in loco arbores subdialis aëris amico spiritu non animantur. Itaque raros inducunt fœtus, rarioresq; absolutam ad maturitatem perducunt.


Cæterùm



ALDOBRANDINORVM
 CELLA TVSCVLANA
 TVTANDIS PER HIEMEM
 AVRANTII S

P. A. Gualtieri del.

M. Min. C.C.I.




Cæterùm vbi vehementiùs hiemat, operosioribus aurantiæ præsidij à frigore prohibentur. Vnum placet instar omnium fabricare dicendo munimentum, quod opere sanè sumptuque magnificum in Parmensium Ducum regali pomario, prægrandibus densisque aurantijs, summa tonsura coæquatis, disposito, quotquot annis excitatur. Pomarium illud, amplissimorum pars magna & amœnissima hortorum, longa latera porrigit ab oriente ad occidentem, lata verò à septentrionibus ad meridiem: laxis idem ambulationibus partim medianis quadripartitò interfecatur, partim extremis ambitur. Muro circummunitur satis arduo, topiaria citro maloque limonia & aurantia intus conuestito, ianua duplici ad ortum occasumque peruiso. Sed hibernis ab incommodis temporario tecto sic defenditur. Cum refrigerens autumnus hiemare incipit, exitu nempe Septembris, tigilla tectum suffutura, in quadrum dedolata, & ad commissuram excisa inseruntur breuioribus conquadris tigillis, aduersas excisiones habentibus: quæ scrobiculis, ore cæmentitio marginatis, infixæ, modicè à terra extant per Medicarum arborum in quincuncem ordinarum interordinia. Vnumquodque præterea prolixum tigillum, vbi cum breuiore tigillo committitur, binis armillis ferreis catenatur. Statutis hisce arrectarijs fulcimentis imponuntur primùm canterij. Neue arrectaria tigilla incumbentesque canterios reliquum tecti pondus vllam in partem impellat, vtrinque obnitentes capreoli affiguntur. Deinde interponuntur edolati ad vnguem abiegni asses, vt inter se arctè cohæreant: supraque asserculi tenuiores ad iuncturas tegendas ferreis clavis configuntur. Ad hæc scænum supersternitur: cui perquam aptè cohærentes imbrices superimponuntur. Tectum verò vniuersum in medio bipartitum, quatuor in partes ita deuexum est, vt imbrem partim in extremas subgrundas extra ipsum pomarium effundat: partim in cupreum canalem euergat, qui ligneis adminiculis fultus medium tectum intercursat: & quam concipit pluuialem aquam, gemina in parte decliuis per duplex foramen in subiecta cloacæ ora demittit. Eius tecti culmen vndique defundendis imbribus testudineatum proclinatur eatenus, quoad ipsi muro subgrundæ incumbant. Si quæ intercedunt murum tectumque rimæ, arenato ferruminantur, ne quid frigoris irrepat. Extantes supra tectum fenestræ complures ad orientem, meridianum, & occidentem solem conuersæ, ligneis linteatisque foribus alleuatis aëra silentem & apricum admittunt, demissis verò tempestuosum & nubilum excludunt. Inualescente frigore viuaces candentibus è carbonibus prunæ, pro frigoris vehementia locis plus minùs viginti inter arbores dispositæ, vernam pomario temperiem inhalant: inclusasque arbores gelidis aquilonibus circum-

Farnesij Ducis Parmensis horti vndique contenti.


tonantem hiemem nescire docent. Denique ineunte Maio tecti obice summo, pristina pomario restituitur apricatio. Etenim apricatione gaudentem aurantiam ab æstiuo sole protegere non expedit. Cæterùm remotis longioribus tigillis, cum ijs, quæ brevioris mensuræ humi depacta remanent, adhæsè componuntur & coagmentantur alia itidem brevia, commissuras ex aduerso respondentes habentia: quorum singulis tabella imponitur, cuius extremitas coronidem vndique insculptam habet: insuperque vasa collocantur, malo citrea, limonia, & aurantia, varioque præterea flore confita, in hortense ornamentum: quæ vasa per hiemem humi posita sub eodem tecto à frigore vindicantur.

Iam


ORTHOGRAFIA POMARII MALIS MEDICIS CONSITI, ET HIBERNO TECTO DEFENSI 401
 IN HORTIS PARMENSIBVS DVCIS FARNESII




ICHNOGRAPHIA DIMIDIATI EIVSDEM POMARII



Linea modulorum siue partium, in palmos Romanos decadeſq; distincta




Hieron. Rainaldus delin. C.C. Inc.



EIVSDEM POMARII
SCENOGRAPHIA

2



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
PRESS

* De hort.
Hesper. lib. 1.

Iam verò, si quando eadem arbor frigore immodico exanimata videbitur, me^a Pontani vocibus admonente,

Alia contra
frigus immodicum remedia.

neu tu gladio, neu cæde securi

Arentes hortos: sed calce, sed umbre madenti

Affer opem: hoc sæpe ipse hieme, hoc & vere tepenti.

Deceptum nec te fallat labor. Ecce repente

Pullulat ab radice, aut summo stipite letas

Effundit gemmas, turgenti & germine frondet.

Sin autem (quod interdum cadit) prægelida hiemis intemperies summos ramos adusserit, iidem sub ipsum vitium succiduntur: si totos arefecerit, trunco tenus deputantur. Fiet enim, ut è duro ramorum vegetior filua regerminet. Robustæ materiæ truncum vix vnquam frigora interficiunt. Si tamen id contingat, iuxta terram idem angustè rescabitur: vnumque finetur è pluribus rectius nitidiusque germen in arborem eualescere. Si arboris eiusdem caudicem caries, aut vetustas, quanuis edentula, edax tamen arrosferit & cauarit: cauum explere proderit (quod insolens & mirum videbitur) calcis & arenæ minutissima intrita, ne superincidens cælestis aqua corrumpat in totum. Id remedij feliciter adhibuit ante annos plures in triplici malo aurantia, foedè cariosa cauataque, vir è Franciscana familia, quæ ab Observantia indigitatur, in Capitolino cœnobio percelebri, cui nomen est ab Ara cæli. Visuntur hæ priore, in atrio arbores iam annosæ, proceræ, præcrassæ, viridissimæ, ac feraces. Eam verò intritam crediderim esse propterea salutarem, quia, noxio vapore calcis extincto, extimas iniurias impenetrabili concretionem defendit: nec officit, quò minùs alimentum, & quidem vberius, ad reliqua exesæ arboris membra per incolumem corticem transcurrat. Cæterùm aliquando rami carioso cortice illudunt, intimumque simulant vitium: breui tamen, qui putabantur aridi, nouellis frondibus repullescunt. Idcirco vitiosam partem altè diligenterque scrutaberis, ne loco illius integram recidas.

Item aduersus cariem.

Maturitas. Cap. XXIII.

Duplex.

Ad condi-
mentum.

Ad cibum.



DVPLEX aurantij colligendi tempestiuitas arbo-
ream vindemiam geminat, alteram virentis, fla-
uentis alteram. Primum enim, euoluto semestri
tempore, adhuc viridis acerbitas matura est con-
diendis expresso succo cibus. Decimo deinde
mense flaua maturitas medullæ spicas, inter se at-
que à cortice iam seiungi faciles, exhibet etiam
in cibum. Hinc solent id genus poma romano sub cælo Ianuario
mense ante colligi, quàm vehementiora gelicidia succum adurant.
Quin imò tempestiuè Nouembri mense, dum adhuc virent, præcer-
puntur: quia post exactum semestre tempus, & si esculenta non
sunt, succo tamen satis abundant in ciborum condimentum expri-
mendo. Quòd si poma legantur annicula, ea demum sapore per-
maturo iucundoque non minùs erunt aurea, quàm colore. Diu-
tius pendentibus succus plerunque deficit, desipit sapor. Etenim
cum hæ vernant puerperæ arbores, idoneo fundendis alendisque flo-
ribus succo replentur: eo interim in radicibus subsidente, qui poma
instauraturus est: eoque, qui vetulis pomis includitur, per tenuissi-
mos meatus vanescente. Vnde fit, vt illa paulatim exueta perare-
scant. Vbi verò genitale tempus partum alterum prouocauit, no-
uellis cum pomis vetustiora quoque, transmissum à parente, nutri-
tium succum trahunt, sic tamen, vt parciùs, quàm cum maturesce-
rent, impleantur. Ex horum numero eximuntur, tum quæ dulci
medulla succosiora lentè parcèque siccescunt, tum quæ incremen-
to maxima morosiùs maturescunt. Contra verò Sinensis nomi-
nis pusilla paulò, quàm cætera, maturiùs suam perficiunt auream
pilam. Nihil hìc de aurantio legendo seruandoque. Tradita enim
in citreo malo huc etiam pertinet institutio.

Pomorum
fenescerium
in aurantia
mirum.

a Emmanuel
Ramirez de
Carion. Ma-
ranillas de
Naturalex-
za pag. 93.

Utilitas arboris . Cap. XXIV .

ARBOR aurantia folio & flore utilissimis pomi sui emolumenta præmonstrat . Illud enim si ad instar citrei folij calore chymico exæstuet, oleum exudat odoris acutissimi, & medicatis viribus citrino suppar . Tibiam verò scarificatam, vel contusam, vel alio simili morbo inualidam bis die applicatum, confanat . Hic autem suauitatum omnium halitu animatus, iucunda odoris temperie tenuissimum sanguinem, idest vitalem spiritum reficit : & igneo tormento aquam cogitur omnium odoratissimam lacrimare, quæ delicijs & medicaminibus innumeris mortale genus exhilarat . Ut nescias, vtrum à medicis, an ab vnguentarijs pluri fiat . Sed agè iam, aquam hanc ex aurantij flore stillatitiam ad salubrem potionis vsum, sicco vapore, nempe citra vulgaris aquæ misturam educamus . Flores igitur legentur matutinis horis, nec rorulenti, nec sole contacti, ne odor vel humore, vel calore languescat . Hi postmodum siue integri, siue in folia soluti conijciuntur in vas aut vitreum, aut fictile læui crusta obductum, quod à figura matellam chymici nominant . Pars eius vasis tertia seu dimidia floribus replebitur, qui lento vapore, siue calore cineris confudare cogentur . Præcipuus autem sudor erit aqua vncialis aut fescuncialis, perliquida & fontanæ simillima, odoris iucundissimi, & sapore suauiter subamaro stomachi languoribus medicata . Quare paucos ante annos magni nominis Princeps, corroborando stomacho & maturandæ concoctioni, eius aquæ quaternis aut quinis guttulis primum in matutina mensa poculum temperabat : quemadmodum consuevere Germani absynthithen vinum inter prandium præbibere, atque vtile dulci salubriter anteferre . Præter vnciam aut fescunciam liquidissimæ aquæ, nobiliores ad opportunitates seorsum reseruandæ, altera notæ minoris, vulgares in vsum perutilis, elicietur . Secundariam hanc albidus color discriminabit . Eadem, dum extillat, sublato alembici pileo, florum inferuefacta, congeries ligneo cochleari subinde versabitur, ne pars ima, igni propior, vstulata odorem nidore corrumpat . Qui multum liquoris huius velit educere, stillatorium vas adhibeat, quod chymici modò tamburlanum, modò refrigeratorium vocant . Et hic sanè liquor bene olebit : coloris tamen minùs perspicui, saporis amarioris, æuique breuioris erit . Quare adhibebitur vaporarijs in odoribus excitandis, aut in ædibus vestibisque lineis aspersione inodorandis . At

Oleum foliorum stillatitium .

Folium tibiæ affectæ salubre .

Aqua florum stillatitia præma notæ .

Aqua secundæ notæ .

Eius vsum .

Prioris aquæ
utilitas.

ad melle
-lib. melle
-lib. melle

ad melle
-lib. melle
-lib. melle

Oleum stil-
laticium.

Fermenta-
rum e flori-
bus.

odorata primæ notæ aqua^a facit in primis ad febres pestilentes coor-
tas cum maculis, quas exanthemata nominant. Datur enim potui
selibræ pondo, magno sanè auxilio, vbi per sudorem ab intimis
corporis partibus ad extimas corruptos humores elicere sit opus. Si-
quidem hæc validè sudorem mouet, & cordi strenuè succurrit.

^b Huic etiam conuenit aqua è floribus aurantium optima, si cum
parte modica rosæque vinique odorati narium spiritu subducatur:
aut specillo, sed rariùs, in eadem conijciatur. ^c Hauſta eius aqua
fescuncia vteri vitij prodest, & facilitatem pariendi præstat. Eadem
epithematis fomentisue cardiacis admista cordi robur conciliat: te-
nuissimas sanguinis partes, quas vulgè spiritus vocant, recreat: mi-
rificosque habet effectus. Illud iam subijcio, floris huius aquam ad-
hiberi ad multiplicem odoraminum misturam, sed præcipuè ad il-
lam, quæ Angelorum aqua propter odoris præstantiam appellatur.

Vt esse cælestis odor sine hoc flore non possit. Sed idem flos fons
geminus est non aquæ solùm, verùm etiam olei, vtilitate ac vo-
luptate præstabilis, ad quod hauriendum sic plures aperiantur à

^d Porta viæ. Florum libras circiter quadragenas in alembici ahenum
indito: eodem aquæ fontanæ quindenas confundito: ignem subdi-
to: frigida superfusa facito, vt rostratus pileus semper frigeat. Sic
tota quatuor aut quinque horarum spatio aqua de more odorata stil-
labit: cui rubentis & apprimè odoriferi olei guttæ nonnullæ super-
natabunt, cura sedula, & dexteritate maxima separandæ. Id autem
oleum numero exiguum erit: nam florum sexcentæ libræ vix vn-
ciam dabunt, vel (quod alij vsu non minùs periti asserunt) tres vn-
cias. Sunt etiam, qui vitrea chymicorum matula in aquæ balneo è
solis floribus aquam, & oleum eliciunt colore aureum, & odore mi-
rum, sed quantitate paucum. Si stillatitiam florum aquam alijs eius-
dem generis floribus irroraueris: aqua illi odoratiore, & oleo vbe-
riore scatebunt. Porro, vt ex innumeris eius vtilitatibus perpauca
commemorem, melancholia, febribus contagiosis, stomachi malis,
yterique doloribus magnificè prodest. Eadem ratione citrei flores
in oleum deflorescent, sed colore atque odore dilutius. Quadrage-
næ florum libræ vix drachmam sudabunt. Nunc eodem ex flore

compositio tradenda est, quam ^e Angelus Sala fermentatum flo-
rum aurantium appellat. Flores ergo aurantiæ recentes in eorum
aquam stillatitiam adiunguntur: idque bis terue fiet: deinde saccha-
rum pro rata portione in eam additur liquandum, & fermentescere
finitur. Quæ ille omnia in rosarum fermentato, consimili ratione
faciendo, sic fusiùs docet. Ex albo rubentes rosæ, sereno cælo lectæ,
& in frustra crassiora concisæ, quatuor pondo librarum, exempli cau-
sa, sumuntur: & mittuntur in stanneum vas, quod cucurbitam di-
cunt,

^a Matthiol.
in lib. 1. Diosc.
c. 131.

^b Franc. Ba-
ron. de Veru-
lan. ex hist.
vite, & mor-
tis pag. 319.
^c Casser. Du-
rant.

^d De distil-
lat. lib. 3. cap.
3.

^e Saccharo-
log. par. 2.
cap. 9.

cunt, cui operculum est instar alembici cæci: colloque vasis inferitur, velut alembicus ad aquam ardentem stillatitiam eliciendam adhiberi solitus. Hisce rosis quaternæ libræ superfunduntur aquæ optimæ rosacæ. Tum prædictum vas in aquam feruentem, vel in arenam ex calore vaporantem conijcitur, & in ea horæ spatio finitur. Postea permittitur refrigerare: & humor rosarum omnis color sic exprimitur, vt siccæ remaneant rosæ: idemque humor super tantundem rosarum recentium infunditur. Hoc autem ter, quater, aut sæpius fiet, vsque donec maceratarum dilutum rosarum subrubens sit, & ita glutinosum, vt digitis adhærescat: rosarumque naturam prorsus combiberit, vt nullam amplius tincturam ducere ad se possit. Nam quò validior eiusmodi humor è floribus existit, eò erit vsui nostro accomodatior. Exinde dilutum ponderatur, & in quaternas quasque libras additur libra & quarta pars macerandi albi durique sacchari præstantissimi, quod nullum planè odorem habeat. Hic liquor postea benè calefactus in vitreum firmum œnophorum defunditur, & cum eo tantum efficacis & crassi fermenti ceruisiæ albæ permiscetur, quantum satis est: & ita biduo triduoque loco calido reponitur, vt fermentescat. Postmodum fermentum supernatans ab eo secernitur, & liquor firmam in lagenam aut œnophorum transfunditur: quod ita repleti debet, vt infra ipsas œnophori fauces transversum digitum subsidat: & ita benè obturatum lentè fermentari permittitur, vsque dum limpidum efficiatur, & aliquod reperitur in imo crassamentum. Tunc ille liquor in aliud vitreum vas eliquatur, donec ad facem peruenias: idemque vas probè obturatum loco aliquo frigido, sicut omne genus vinum, conseruatur. Et hæc sanè fermentandi ratio à rosis traducitur ad aurantiæ flores, vbi clementiore sub cælo Hesperidum horti vberim florent. Quid autem vbi frigida regionis intemperies felices arbores istas natiuas non educat, aduenas necat? Et illic naturæ vitium ita compensat industria. Per nautam, siue per alium quempiam pretio mercatur exteris in oris flores. Eisdem curat vase quærneo aut vitreo, eoque firmo, confertissimos includi: & bene obturari cera alioue simili obturamento, ne introire spiritus possit. Qui sic accipit flores, nulla indiget alia opera, quàm vt exprimat eorum succum, & cum eo saccharum confundat, vt inde fermentatum conficiat. At verò si dubitetur, ne flores itineris longinquitate incommodoque putrescant, quod facilè fieret, si quæ interspirarent: præstiterit cum eis ante super tabula expassis partem ferè dimidiam optimi sacchari in puluerem comminuti permiscere: rum eosdem in vas congestos inculcare: idemque perbene operculare. Quod si nimis crassi flores videantur: tunc aqua florum eiusdem

Etiam exteris in oris vti fiat.

eiusdem generis attenuari, & ex ijs fermentatum parari potest. Quin etiam è saccharo conditis aurantiæ floribus, qui ex Hispania & Lusitania in Germaniam inter cæteras dulces compositiones perferuntur, liquor idem exprimeretur: si prædicti flores bene contendantur, & in vase operculato defæcari permittantur: itemque, si opus fuerit, cum saccharo permisceantur. Sed curandum est, vt quàm recentissimi sint: id quod ex eorum odore ac sapore deprehenditur.

Eius medica
vis.

Cæterùm hoc fermentatum inter medicamenta cordi salutaria numeratur: quippe cor præcipuè corroborat: sensus omnes recreat: & putrescentes, olidos, & ex parte venenatos intimos vapores, qui spiritum immeantem, purum liquidumque, nempe tenuissimum sanguinem, quo mouemur & operamur, atque adeo cerebrum ipsum oppugnant, discutit, & per insensibilem expirationem depellit. Melancholicis medetur. Antidotum est contra grassantem pestilentiam, præmuniens viros præsertim principes, eosque, qui ab tenera ætate molliter educati sunt. Idem liquor candente in aqua, siue balneo Mariæ, vel in arena vapores calidos exhalante in aquam,

Spiritus ar-
dens.

tenuabitur stillatitiam in primis efficacem: aut etiam in liquorem, qui spiritus ardens dicitur, vt è rosis fieri consuevit. Hunc autem in vsus medicos pro suo quisque arbitrato adhibere potest. Sed ad sudorem mouendum præstat hoc fermentatum sumere, in quo vniuersa florum vis continetur. Sumitur, cum vsus exigit, cochlearis vnus, duùm triumue mensura. Si cupis iulepum ex more salernitano floribus aurantiæ suauius reddere, fumes tibi quantum voles sacchari quàm lectissimi. Ad syrapi crassitudinem, vt solent pharmacopolæ, ex aqua ouique albumine decoques: benè despumabis, percolabisque linteo prætenui, vt omnino defæcatum sit: & vehementer excoques. Exinde in singulas eius ante cocturam libras adijcies quaternas vel ad summum quinas aquæ vncias, quam stillauerint optimam aurantiæ flores. Tum leuiter inferuefacies, ne compositio ipsa inuratur. Ad extremum ab igne summouebis, & in vas fictile, faentino ritu læuigatum, adijcies, vt refrigescat. Postmodum, vbi libuerit, recondes. Poteris hoc idem iulepum post condituram linteo etiam transmittere, vt à facibus penitus eliquetur.

Conditura
florum.

Flores aurantiæ recentes, antequam cum saccharo ex præscripto florentino misceas, in aqua eatenus coquito, quoad in frigidam coniecti subsidant, & in eorum pediculos vnguem facile imprimas. Deinde biduo macerato: aquam bis aut ter quotidie mutato: saccharum instar iulepi ex aqua ouique albo liquore decoquito, ac despumato. Tum ad extremum flores adijcito, & in eo finito diem aut biduum. Quotidie igne modico excalfacito, donec saccharum concresecat. Si saccharum defecerit, aliud addito, quod

more

more prædicto purgatum fit . Porro floris eiusdem condiendi hæc est ratio concinnior & veluti floridior . Tempestiuè flores leguntur nec immaturi , neque maturissimi , sed in ipsa maturitatis perfectione . Tum inferuent in pharmacopolæ caldario seu labello aqua vberi , ne aceruatim coquantur , sed rarè , vtque coctio celerior & magis æquabilis fiat : vbi teneritudinem ceperint , & amaritudinem dimiserint , ex aqua subducti coniunguntur in saccharum syrupi modo densatum , coctumque in aqua modica stillatitia florum itidem aurantiæ . Statim atque id validiore coctura fila mittere incipit , ab igne remouetur : & in vascula compositio reconditur . Curatur autem , vt focus , super quo flores saccharo condiuntur , conditionis tempore in sole habeatur : quòd ea res efficaciter proficit ad impertiendum compositioni candorem , & ad natium floribus colorem defendendum . Ex iisdem floribus pastilli Pastilli. sic fiunt . Floribus quinquaginta iam benè hiantibus folia detrahes , aut potius eosdem flores pediculis apprehendes : nam contactu remittit eorum odor . Tum singula minutatim folia forficulis concides . Ad hæc libram sacchari præstantissimi in puluerem contriti , ac tres vncias aquæ ex eius generis floribus stillatæ in vas æreum manubriatum confundes . Vbi saccharum illa infusum aqua distabuerit , clibano impones lento vapore percoquendum : ac bullire fines eatenus , quoad summis duobus digitis comprehensa eius particula filatim lentescat . Deinde subducto igne in id saccharum confectos flores adicies , & permunda rudicula peragitabis permiscebisque . Tum tabulam saccharo minutim contrito altè insternes , & in eo fossulas rotundas sic facies , vt in imo circaque sit saccharum . Hisce fossulis argenteo cochleari prædictam compositionem infundes , & refrigerare patieris . Denique , vbi refrixerit , cultro saccharum hærens abrades : & habebis pastillos suauitate ac munditia præstabiles . Quidam compositioni huic loco sacchari triticeam farinam substernunt , aut optimæ notæ papyrum subiungunt . Mihi tamen prior excipiendi ratio videtur esse concinnior . In hunc modum componi saccharo possunt cum odorati flores alij , tum mali citrei cortices . Multiplex autem est prædictorum vtilitas pastillorum . Si qui tabescunt in aquæ phiala , potionem concinnant , qua geminum bibitur nectar , sapor & odor . Pastillus quatuor horas ante cibum sumptus firmat cor , & ab eodem inflationes , & quodcunque aliud vitium discutit . Mirè auxiliatur contra cordis tremores & animæ defectiones , quas medici syncopas vocant . Præclarè facit melancholicis & meticulosis . Valdè tutatur à cælo insalubri & pestilenti . Datur vtiliter in febribus , quas malignas dicunt , cum aqua oxalidis , aut rosarum , aut herbæ vipereæ , aut alterius confi-

Alia eorundem conditura .

Oleum bal-
ninum ino-
doratum.

Franciscus
Dragus.

confimilis rei. Prodest priuatim frigidis capitis affectionibus, velut apoplexiæ, paralyfi, comitiali morbo, & vertigini. Efficax est contra morbos pituitæ. Valet etiam ad vteri dolores suffocationesque, ac mulierum menses retardatos. In summa medicamentum est egregium ad frigidam intemperiem corporis emendandam; ad excitandum spiritum vitalem, ad calorem augendum, & ad viscera præcipuaque corporis membra roboranda. Iam tempus est olei recentem inodorandi rationem & pressuram exponere. Has odorarias delicias Romanus patritia nobilitate vir, Franciscus Dragus, chymicæ rei studiosus excogitauit, vt roganti morem gereret amico nobilissimo, cuii suo, Curtio Caffarello: qui cum olei tum vnguinis molibus, vtpote sibi saluberrimis, odoribus gauderet: acres verò ambari, moschi, rerumque istiusmodi abhorreret. Igitur is operi manum ingeniumque admouit: fugacemque suo cum flore odorem alieno reddidit in liquore diuturnum. E dulcibus amygdalis aut è seminibus vnguentariæ glandis, quam Arabum vocabulo ben appellamus, citra ignis operam expressum, inolens oleum aurantiæ aut gelsimini floribus inodorandum suscepit. Sed vtrunque natiua spissitudine, odori admittendo minùs peruium quàm facili, tam felici exitu sic rarefecit. In ollam fictilem, quam tenui figulus inductione læuigasset, flores primùm nonnullos indidit: deinde gossypium eatenus oleo infuccauit, vt id sua sponte defluere non posset: tum æqualiter expressum floribus superimposuit. Sic alterius quàm florum tabulatis, quàm gossypij madentis oleo plagulis ollam repleuit. Eam denique pergamenamembrana bene operculauit: & loco non humido nimis frigidoue, nec tamen percalido seposuit. Hesternos quotidie flores recentibus mutauit. Post quinos senosue dies oleosas gossypij plagulas prælo subiecit, oleumque expressit, odoratu iucundissimo floribus ipsis par. Hoc dies complures passus est consistere, donec à facibus eliquatum limpidumque apta in vascula transfunderet ad vsus. Vna vel altera eiusdem olei gutta vni affusa, vtranque mutuo affricu manum, ipsumque detergens linteolum bene olidum efficit. Rem satis iam peruulgatam minutatim tradidi, non vt nouam & inauditam venditarem: sed ne amabilis origo, authorque vt genere sic ingenio commendabilis ignoraretur. Cæterùm ita preparatur gossypium huic rei. Seligitur omnis expers odoris, permundum ac bene pexum, generisque præstantissimi. Sin autem eiusmodi facultas non sit, quod est in promptu, sæpius eluitur, donec odorem grauem dimittat. Aqua etiam defunditur in catillum, ac tantum salis ingeritur, vt acrem muriam efficiat: tum immergitur gossypium, & postmodum in hunc vsus siccat. Præterea curatur, vt semen vnguentariæ glandis vetustum non sit, sed candore intus eximio. Idem
oleum

oleum alius primaria nobilitate vir compendiario artificio perfecte inodorat. Grandiorem in phialam illud addit: ac totidem libras florum acris aurantiæ, quos ante in folia dissoluerit, pinxit, quot ferme libræ fuerant olei. Eandem in phialam tusos flores confundit, in eaque biduo triduove patitur esse. Deinde oleum colo stamineo separat ab aqua floribusque. Sic altera vel tertia vice flores adijcit: oleumque secernit optimum ad pelles toto anno & chirothecas Frangipanio more odorandas. Tenuissimum præterea liquorem, qui vulgò essentia dicitur, chymico vase, quod tamburlanum vocant, elicit: partique dolenti forinsecus adhibet: allinit etiam chirothecis, pellibus, & cuiuscunque rei, quam eius floris odore imbutam velit. Hoc eodem liquore vnà cum oleo balanino, ceraque recenti & conspicui candoris omni tempore vnguentum conficit, odore præcipuum, quod Hispanorum recenti vocabulo mantecam dicimus: sed hic per se liquor præsentior, quam manteca, vim, ac perfectiorem habet. Vt oleæ liquor aurantiæ florem oleret, sic faciebat Franciscus Patritius, nobili genere ciuis meus, amœnioris facultatis vniuersæ prudens. Sumebat præstantissimi, & cibo utilis olei, cuiusmodi est Tiburtinum aut Venafranum, libras quinque vnciarum duodecim, & florum sesquilibram, aut plurimum libras duas. Hos petiolis auulsos particulatim vnà cum oleo prædicto permolebat lapidea mola vnguentariorum exigua & trusatili, vsque dum probè contusos ad vnguenti crassitudinem redegisset. Deinceps hanc omnem intritam per partes linteolo permundo raroque includebat, exprimebatque manu: tum residuum puro prælo subijciebat, & expressum ex toto liquorem in vas vitreum conijciebat, vt oleum ab aquatili humore secerneret. Secretum deinde oleum pariter cum alijs eiusdem generis floribus denuo (vti iam dixi) molebat, iterumque manu ac torculo premebat, & quiescere in vitreo vase patiebatur, & ab eodem humore seiungebat: atque hoc ipsum ter aut quater exquebatur. Hac ratione oleum odore satis iucundo imbuebatur minimo impendio, & annos complures permanebat, eratque illitum commoda stomacho medicina. Idem Franciscus Dragus inuento sanè pereleganti mantecam munditer concinnauit. Nam pro sordido adipe, vel hædino vel suillo, substituit candidæ ceræ partem vnã, ac semissem vnguinis ceti, quod eiusdem sperma nominant. Sed Davidis Ferrerij Burdegalensis, medici eruditissimi sententia recrementum olei est expressi è cerebro piscis eius. Vtranque rem in vase fictili vitreove liquatam igni cum prædictorum oleo florum commiscuit: ac rudicula peragitata cito refrigeravit, ne diuturniore odor olei calore vanesceret. Denique id vnguinis ad quotidianas aut repentinas opportunitates in vascula condidit: maio-

Oleum oliu-
uarem ino-
doratum.

Manteca
prima.

David Fer-
rerijs.

Secunda.

rem verò portionem capacius in vas coniecit. Simpliciore præterea
 mistura id vnguentum conficitur. In catillo fictili, consueta te-
 ctura læuigato, cum candidissima cera supradictum amygdalinum
 aut balaninum, nempe vnguentariæ glandis oleum permiscetur.
 Ea mistura toti catillo ad auersi cultri crassitudinem inducitur.
 Deinde fictilis patina consimili patinæ aduersa, gibbo extante, im-
 ponitur: eademque floribus integitur. Huic patinæ illitus vnguen-
 to catillus superponitur. Pridianis quotidie floribus exemptis, re-
 centes sufficiuntur. Vbi satis vnguentum inodoratum videbitur, ab-
 radetur, & idoneum in vas reponetur. Confundi varijs præterea
 modis odoramina hæc possunt in halitum & suauitate & nouitate
 multiplicem. Ita si pars vna mantecæ, quæ gelsiminum oleat, cum
 quarta eius parte, quam aurantiæ flores odorarint, componatur:
 ea compositio zibettum suauis mendacio spirabit. Illud autem cu-
 stodiendum est, vt, quæ acutè olent, parcius: quæ suauiter, li-
 beraliùs odoramenta ad optimam temperiem confundantur. Cæ-
 terùm aurantiæ floribus odorata sic fieri solet manteca vulgatio-
 Suilli adipis cremor ritè confectus, infusus, nulloque rancore
 vitatus, extrema hieme seponitur. Cum inodorandi tempus ad-
 est, odoratorum folia florum nullo madore perfusa carpuntur.
 In singulas prædicti cremoris libras eadem folia pondo sesquilibræ
 binarumve librarum adiunguntur. Idem cremor in vase vitreo aut
 fictili, vt supra diximus, læuigato, intermistis floribus lentæ prunæ
 vel solis calore soluitur, & lignea ligula peragitatur: atque intin-
 cto subinde digito exploratur, an odorem ceperit cremor. Ad hæc
 operculato vase refrigerari & concrefcere finitur: & rursus igne
 leui aut solaribus radijs eatenus resoluitur, vt farinario cribro com-
 modè transmitti possit. Id autem si nouum fuerit, lixiuio perlui-
 debet: vt olei, quod olere solet, grauem odorem exuat. Idcir-
 co præstiterit longo iam vsu inodorum adhibere. Sic eliquatum
 liberatumque à primis floribus cremorem, recentibus ad eundem
 modum inodorare oportet quatuor saltem aut quinque vicibus,
 cum eo, vt inter singulas intercedant horæ minimum senæ aut se-
 ptenæ, plurimum duodenæ. Sed custodiendum est, ne flores ex-
 primantur; quòd eorum crasso, ac terrenæ concretionis multum,
 habente succo delicata vis odorati spiritus hebetaretur. Scio tamen
 esse, qui cum cremore flores contendant: verùm hi, vt præmonui,
 suauitati odoris non mediocriter officiant. Hoc autem vnguentum,
 postremis floribus satis inodoratum, eliquatur in vas fictile de more
 læuigatum, quod, eodem refrigerato, diligenter operculatur. At-
 tamen est, qui genere splendido, & igne chymico clarissimus man-
 tecam exhibet ex adipe suillo tussisque floribus diutissime, vt ipse
 asserit,

Tertia.

Quarta.

asserit, sine rancore perennantem. Sumit enim eiusdem adipis cremorem, qui primus fuit, cum decoquitur: idque ne resipiat cocturam. Exinde totidem libras solutorum in folia florum acris aurantiae, quot sumpserat cremoris, in marmorea pila quam purissima probè contundit: contusos cremori admiscet: eamque misturam, in vas fictile laeuigatum condit, alioque vase fictili operculatam finit biduum, dum crustulam obducat, quæ acorem sapiat. Tunc eandem in matulam chymicam perfundit: lentoque igne in balneo mariae dissoluit. Postmodum inodoratum cremorem stamineo colo transmittit, floreo retrimento remanente, & aquatili humore separato. Postridie mane, aut confestim, ubi refrixerit, totidem flores eadem ratione adiungit: idemque tertio exequitur, ut manteca perfectior euadat. Ita modicè flauescit: sed in fictili laeuigato ligula lignea vel argentea peragitans efficit, ut exalbescat. Tum in vasa fictilia de more laeuigata in usum & in vetustatem reponit: curaque, ut à florum aqua omnino secernatur: nec vnquam manu contingit, ut nulla vitietur ætate: ac propterea vasis perbene inclusam habet, ne spiritus introire possit. Conficitur Valentiae aqua Hispanos manteca præter candidam lutea ex integris floribus tuis, quorum aureis crocis coloratur. Et hæc nonnullis, ac si auri color melius oleat, magis arridet. Vtraque autem prædictæ artificio non absimilis, bonitate concedit. Proficit manteca ad morbum cardiacum pectori superillita, quæ cor emicat: totius inflammationes corporis, priuatim fœminei, refrigerat: odorati huius suilli vnguinis illitu podagra sauiens demitigatur, perinde quasi medicum in sue florem olfaciat. Iamvero exigit cælestis odoris flos, ut ipsum odoremur nobilioris in compositionis aqua, vel solo nomine Angelos redolente: cuius paulò superiùs mentionem in transcursu fecimus. Sic autem illam Neapolis, sic Amalphis concinnant. Sumunt aquæ rosaceæ trinas partes, binas aquæ myrteis è floribus vnam, è tribulorum verò floribus partem aquæ dimidiam. In singulas tricenae ac ternae aquæ vncias vnam styracis, vnamque odorati gummi, quod belzoinum dicitur, adiungunt. Vniuersa hæc in ollam confundunt, & ad tertias decoquunt. Vbi ea liquida mistura refrixerit, in aliud vas ad perennitatem transfundunt, eoque moschum addunt: idemque vas bene operculant, ne quid expiret. Aliter Lucensi ritu. Sumes aquæ ex tribulis calicem quatuor vncias continentem: vnum cum semisse, siue binos aquæ ex floribus aurantiae; ternos, aut etiam cum semisse aquæ ex rosis lectissimæ. Deinde hos liquores addes duplo capaciorem in ollam fictilem, recentem, vitreoque laeuore probè inductam: quæ tamen priùs in aqua suo cum operculo pariter laeuigato binas horas iacuerit. Tum eliges præstantissimi

Quinta.

Manteca vniuersa.

Angelorum aqua fictilia. Prima.

Secunda.

tissimi belzoini vnciam singularem, moschi grana dena, ambari quindena, zibetti sena. Priori loco belzoinum minutissimè teretur: secundo cum pellucidi momento sacchari moschum: tertio similiter ambarum. Cum tunditur zibettum, in exigua pila, in qua tusum fuerit belzoinum, ponentur in imo bina vel terna concreti sacchari minuta fragmina zibetto perlita, sic tamen, vt eadem lita pars deorsum spectet, ne pistillo adhærescat, sed subsidenti belzoino misceatur. Postea odorati puluisculi minutissimi in ollam adijciuntur, dimidium calicis aquæ in singulas vices addetur: & olla semel agitabitur, vt iidem puluisculi cum aqua permisceantur. Pluribus id fiet vicibus, donec vniuersi liquores cum puluisculis confundantur, & vnitas fiat absoluta. Tunc operculum inuersum, qua videlicet parte læuigatum est, ollæ imponetur: ac tota circum obturabitur olla papyro duplici, oui albumine peragitato, & farina: ne quæ interspiret. Obturamentum hoc ad ignem ficcari permittetur. Deinde sic statuetur olla super quadrato cocti lateris fragmento, vt eminent per horam inferuescat. Postmodum amouebitur, habebiturque in frigida cella diem vel biduum. Exinde in phialam ductim eliquabitur: & concretum in ollæ fundo puluerum odoratum sedimentum in eandem phialam addetur. Præterea ipsius phialæ os membrana crassiore duplicata obstruetur: quæ mox acu duobus tribusue locis perforabitur. Denique ipse liquor seruabitur in vsus. Etiam aliter eorundem è præscripto Lucensium. Sumis è rosis aquæ stillatiæ libras octonas, è myrti floribus ternas, è floribus aurantiæ binas & semissem, è tribulis vnam. Prædictas aquas infundis in vas fictile vitrei læuoris. Deinde accipis vncias senas belzoini, amygdalarum effigie concreti, nempe optimi: quaternas laudatissimi styracis, quem à calamis nominant: drachmas binas garyophyllorum, tantundem cinnamomi, binasque myristicas nuces, quæ vulgò moschata appellantur. Omnia hæc in æneo mortario leuiter contundis, & in prædictum vas conijcis: in eoque quatuor & viginti horas esse pateris. Postea in eodem bene operculato lenta pruna decoquis ad quartas. Tum refrigerescere permittis. Deinde colo liquas, & vase vitreo recondis. Ad hæc moschi bina scrupula cum exiguo eiusdem aquæ in paruula pila ænea conteris, & in suprædictum vas vitreum adijcis. Id autem in sole finis biduum triduumue. Præter odorarias delicias, confirmare dicitur hæc aqua cor & ventriculum, modicè madefactis temporibus, summisque brachijs arteriarum pulsu micantibus, & ipsius ore ventriculi: vim quoque auxiliandi magnam habere in pestilentia, cæloque insalubri. Vt eandem aquam, non minùs beneficijs, quàm odoribus, affluentem, ipsi opifices è cælo Angeli suo cum pluuio nomine defundere videantur.

Tertia.

Eius vsus.

Vtili-

Vtilitas Pomi . Cap. XXV .



VRANTIVM citreo & limonio , itemque punico malo de medica potestate concedit . quare , nisi deficientibus ijs , vix in morborum curatione adhibetur : eodemque , citra necessitatem , ad solam voluptatem vescimur . Complura tamen , quæ orbe concludit aureo , beneficia , postremo iam exigit loco aperiri . Re-

E' cortice
medicinæ .

cens aurantij cortex in frustula , mediocri oleæ folium æquantia , confectus mane ante cibum , & vbi sit opus , etiam vesperi si conijciatur in nares , sternutamenta mouet , caputque purgat , superfluo deonerans humore citra ipsius capitis lassitudinem . Idem cortex in puluerem redactus scrupuli pondo , cum idoneo deuehente liquore , prodest renum arenis , coli laterumque dolori , & contra intestinorum animalia . Quin etiam ex vino sumptus à pestilentia

b Idem ibid.

tutatur .^b Manifestaria res est , corticem tam conditum , quam siccum aduersus ventris inflationes commendari . Si quis difficultate reddendæ vrinæ laboret , quem morbum medici dysuriam appellant : huic ex euporestis siue parabilibus remedijs extimi corticis in tenuissimum puluerem contriti scrupulum vnum in aqua cærefolij aut petroselini propinatur . Ad vlcera serpentia circa os puerorum , quæ aphthas Græci nominant , idem cortex cum melle & alumine laudatur . Adhibetur etiam ad mustaceum ex vuis intinctum componendum , præsertim in Gallia Cisalpina , vbi afficcatus venditur .

c Animad-
uers. & can-
tion. medic. l.
7. animad-
uers. 144.

Parabili præsentique simul remedio^c Ludouicus Septalius Mediolanensis , medendi arte ac singulari editorum voluminum eruditione percelebris , immodicos mulierum menses sedabat : quod nunquam ferè incassum adhibuit , modò ex aliquo vteri exulcerato vase non existerent . Igitur sumebat aquæ libras septem : in ea trium cortices acrium aurantiorum subuiridium , & in philyras confectorum incoquebat vsque , donec essent eiusdem aquæ partes duæ consumptæ . Tum percolabat , & vncias octo aut nouem mane potui dabat . Quòd si valentius idem hoc medicamentum vellet efficere , herbæ notissima , quam vulgò pilosellam dicunt , manipulum postremò excoquendum adiciebat . Adhuc vehementius decoctum reddebat Villensium aqua thermarum agri mediolanensis , aut octo librarum aqua , cuius trinis è partibus duæ fuerint absumptæ : tertia verò collo traiecta , & sæpius indito candenti chalybe magis roborata . Hoc autem remedio innumeras prope mulieres testatur ab se perfanatas :
quod

quod diu apud se suppressum, suis postmodum discipulis aperuit, ac demum omnium bono penitus euulgavit. Medulla & semen leuiter contusum, dissecto, sed non decorticato pomo, addito momento theriaces Andromachi, aloes, & olei absinthij, sub cinere torretur: vt succo ex ijs expresso verminantes pueri circa vmbilicum inungantur. Paratiorem ex eodem aurantio medicinam concinnat Gallia Cisalpina octo decemue annorum pueris suis, quibus maximè annis vermes infesti sunt. Aurantium adhuc virens, nec planè adultum, plurimi tamen succi & peracris, dissectum exprimit, transmissumque linteolo succum cyatho excipit: adijcitque generosi oleæ liquoris tertiam partem: & cultelli acumine liquorem vtrumque peragitat tandiu, dum perfectè commistos videat. Tunc medicatam hanc potionem, gustu non insuauem, forbendam exhibet, efficaci sanè remedio ad lumbricos alui necandos depellendosque. Stillatitia, feminum aqua cum binis ternisue calcanthi guttulis renum & vesicæ calculos comminuit. *Conditura.* Iam verò ipsam aurantij amaritiam mellea conditura ita cogimus inter dulces delicias epulasque numerari. Poma legimus nondum satis matura, viridique colore: quia minùs sunt corruptioni opportuna. Eorum cortices magna in segmenta partimur: & quicquid hæret carnis medullæque, abradimus. Tum in aqua iacere permittimus senos septenosue dies, vt amaritudinem deponant. Adhæc aqua inferuefacimus, vsque donec tenerefcant. Rursum in frigidam conijcimus, vt odorem ingratum eluant. Ad extremum leuiter in melle incoquimus, & in vas recondimus. Cæterùm aurantij, præsertim dulci cortice, cortex ipse saccharo, vt in citreo diximus, conditus titubantem stomachum solidat, ventos discutit, eijcitque ventriculi pituitas. *Vfus escarius.* Ex hisce pomis vinosa cuique hominum ætati conducunt in cibo, cibique auiditatem faciunt: dum tamen ponderosa, colorata, & permatura sint. Dulcia enim, vtpote calidioris habitudinis, dantur melancholicis, rheumatismo laborantibus, quibus viscerum obstructi sunt meatus, & senibus. Acida verò per æstiuos feruores iuuenibus, biliosis, iisque, qui sanguine abundant. Sed quoniam hæc aluum thoracemque altringunt, ac stomachum perfrigerant: proderit parcè degustare, eorumque corticem saccharo conditum, quippe stomacho vtilem, proximè commanducare. At verò *b* de aliorum consilio dulci medulla aurantium mandere quiuis potest citra vllam stomachi noxam. Est etiam thoraci perutile, ac discutit pituitas, *c* vtpote quod qualibet sui parte calfacit. Cæterorum succus refrigerat, ac putredini aduersatur. Quocirca febrientibus conducit: è diuerso autem dulcium noxius est. Hoc me loco monet Petrus Bellonius, *d* oculatus testis, vt subijciam, è Cretæ insulæ pomarijs, vbi vastæ amplitudinis arbores

Ex medulla
& semine.

Conditura.

Vfus escarius.

Aurantiorum
similiumque
pomorū suc-
cus omphacij
vice apud
Turcas.

*a Balsaff.
Pisanell. de
Nat. cib.*

*b Joseph.
Quercetan.
polyhistor.
cap. 3. de
fructib.
c Matthiol.
in Diosc. lib.
1. cap. 13.
d Observa-
tion. 1.1. cap. 5.
apud C. Clusio
in Exot.*

bores sunt aurantiæ, citri, & limoniæ ab Adamo nomen habentis, earundem arborum poma exprimi, eorumque succo dolia impleri: & magno numero Byzantium, vel in alias Turcarum oras maritimo itinere à Græcis mercatoribus transportari: quòd eo plurimùm succo Turcæ vruntur in cibis omphacij loco. Itaque in tabernis salsa-mentarijs ibidem venalis prostat. Neque verò salubritati solùm aut voluptati, verùm etiam pietati seruiunt aurantia, dum precantium in globulos poliuntur. Nam pusilla interleguntur summoque digitulo æqualia, nempe sine vlllo medullæ succo adhuc lignosa. Siccantur autem in vmbra, ne odor vanescat. Tum ad tornum, quo eius- modi globuli elaborantur, scalpello primùm quadrato asperitas summa circumraditur: deinde lunato inducitur ouata forma: postremò, nisi satis læues sint globuli, ad tornum ter quaterue circumacti, affricantur linteo recenti & modicè aspero: atque ita læuigati fiunt & pulchrè maculosi, vt, nisi odore proderentur, pro peregrinis & indicis, aspectu fallente, haberentur. Nouitium quoque ac perelegans inuentum est, vt id genus adultiora poma (nam decrescere dimidia plus parte solent, antequam opus ipsum absolua- tur) in vascula transformentur, commoda circumferendo, sumen- doque per nares (sicut recens est mos) arido & minutum contrito in puluerem hyoscyamo Americano, quem indigenæ^a Petun, no- stri tabaccum dicunt. Igitur aurantia sumes quàm voles grandia, coloris adhuc virentis, cutisque prætenuis. Tum tractando per dies aliquot sic emollies, vt instar ceræ lentescant. Satis emollita, intorto validoque filo in arbitrariam striaturam obstringes: id quoti- die arctiùs facies, donec arefcere incipiant, & obstringi vltra non possint. Postea filo striante absoluta, digitis finges in compressam, siue in oblongam, vt libuerit, figuram. Exinde in vmbra dure- scere patieris. Durata iam satis ferramento in hanc rem facto fora- bis cauabisque, ac diligenter exinanes: & ipsius foraminis labrum ad commodiorem vsum ornatumque argentea lamella conuesties. Dignum profectò pomi huius aurum, cui vestiarius famuletur ar- gentum: quando non suis modò, sed etiam alienis ad humanam vi- tam præsidij vas est capacissimum. Vt inuentum demum sit Medi- ca inter mala vasculum salutare, quod Pandoræ pyxidi nocentissimæ opponamus. Quare appposito naturæ artificio in rotunditatem con- formatur id pomum, quod mole paruum, vtilitate ac formositate maximum, mundus potest aureus appellari. Et offert se mihi qui- dem pusilli huius mundi cælum in cortice, quem flammeus color, & calida efficacitas cæli gemellum facit. Concretus verò aër candica- re videtur in rarioris temperatæque naturæ attigua carne. Denique frigidi succi medulla, siccas membranas intermeans, pariterque sicco medi-

E pusillis au-
rantij pre-
cantium glo-
buli.

E grandiori-
bus vascula.

^a Nicol. Mo-
nard. simpl.
medicam.
hist. cap. 14.
Ramb. Do-
don. stirp. hist.
Pempt. 3. l. 4.
c. 22.

meditullio circumfusa instar est aquæ terram interfluentis alluentis-
 que . Vt meritò mundi, ornatum significantis, nomine minusculum
 hunc impertiar mundum, in quo meliora latere maioris ornamenta
 satis indicat aureum inuolucrum . Hic salubritatem ac delicias di-
 scors elementorum concordia mortalibus concinnat . Hic acritas &
 amaritudo condimentario mellis & sacchari obsequio in meram
 transeunt ambrosiam . Huius denique pomi aureus autumnus æter-
 næ frondis, florisque mundum inodorantis argenteo smaragdino-
 que vere pulcherrimè coronatur . Hæc habui, quæ de malis aureis
 conscriberem : nec elegantius potui ferreo stylo Ferrarius .

LAVS DEO DEIPARÆQUE VIRGINI MARIE.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]